





XXX
XENOPH. DE CYRVS PÆDIÆ
INCUNABULI
5
4
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze









XXX
XENOPH

Cyropedia
ex trad. Fran. Phelelphi
Rom. absque anno

FRANCISCI PHILELFI PRAEFATIO IN XENOPHONTIS LIBROS DE CYRI PAEDIA AD PAVLVM SECVNDVM PONTIFICEM M A X I M V M.

d IV MIHI MVLTVMQ VE CVpieti aliquid ad te scribere pater beatissie, quod uel obseruantia in te mea uel acerrio tuo grauissimoq; iudicio dignum posset iure existimari: Xenophon ille Socraticus, qui non minus ob nitorem & suauitatem orationis, quam ob doctrinæ magnitudinem atq; præstantiam, Musæ Atticæ meruit cognomentum: tempestiue sese in octo his libris obtulit: qui de Cyri Persarum regis & uita & institutione, q̄ græci pædiam uocant: inscripti sunt: Quid enim ad summum christianæ totius & religionis & reipublicæ principem, Paulum Secūdum pontificem Maximum scribi a Francisco Philelfo cōuenientius poterat, quam de sapientissimi unius & clarissimi principis rebus gestis & disciplina? Et eni cū tria sint gubernadæ reipublicæ genera, populi, optimatiū, regis: quis ambigat hūc principatum cæteris antecellere: qui sub unius præstātissimi uiri sapiētia & uirtute sit cōstitutus? Scimus hūana studia nostra oīa ad finē quēdā, ut appetitū bonū referri oportere. Ita nauis gubernator portū sibi proponit: quem ubi attigerit: cōquiescit. Ita medicus ipse bonam ualitudinem. Ita persuasionem orator. Ita ipeiator uictoriam suum sibi finem statuit. Eadem quoque

ratione

Liber de Cyri pedia idest liber de vita et institutione Cyri

Paulus secundus ... Franciscus philelf...

Tria gubernandae reipublicae genera

Oia humana studia ad finem quendam vt appetitum bonum referenda

Comparationes



ratione in ciuitate administranda ,ad ciuium concordi-
am, quietem, felicitatem nostri cogitatus sunt omnes &
consilia referenda. At huiusmodi ciuitatis statum quis
omnium est : qui nesciat multo & facilius, & melius ab
uno , quam uel ab omnibus uel a pluribus & parari,
& seruari solere ? Nam neq; optimates , nec populus
uniuersus bene & pro dignitate rem publicā gerant:ubi
minus inter sese conueniant : quippe qui illorum simi
les sint futuri : qui Euxino in pelago singuli pro suo ar
bitratu in diuersa agere nauim pergant . Enauigent au
tem q̄ facillime : si unā mente unoq; consensu ōes simul
eodem agere contenderint . Sic itidem ea ciuitas opti
me gubernetur :in qua nulla fuerit dissensio, idemque
consensus . Hunc uero qui diligētissime sunt secuti &
in optimatium & in populi dicione : regium tamen quo
dammodo principatum repræsentare & iampridem ela
borarunt : & hodie elaborant : Nam & Venetorum
senatus , qui ex optimatibus constat : ducem creat ,&
Florentinus populus uexilliferum iusticiae . Apud
Romanos quoque senatus principem deligi solitum ui
ri disertissimi prodidere . Sic Publium Cornelium
Scipionem illum cognomento Africanum bis & iterū
aliis temporibus principem senatus censores alii, & alii
legerunt . Sic in extremis reip . casibus dictatorem
persæpe constitutū audimus: qui uerbo fortassis a rege
multum: re autē nihil differebat oīo . Quod si uel in o-
ptimatium uel in multitudinis potestate nulli rei magis ,
q̄ uni eidemq; ōnium uolūtati atq; cōsilio studetur: quāto
id facturus sit unus facilius & perfectius : qui cum solus
sit in regendo: neminem habet: a quo possit dissentire ?
Itaq; non absurde uidetur Lycurgus illi respondisse : a
quo esset hortatus: ut Lacædemone populi potentatum
faceret :

faceret :fac. inquit : tu primus istum domi tuæ: perin-
de quasi monere Lycurgus uoluerit nullā prorsus socie
tatem recte administratum iri: ĩ qua plures uelit excel
lere : Paulatī.n.serpit tum auaricia, tum ambitio :quæ
perniciosissimæ duæ pestes cum in omni multitudine ,
tum in ciuitatibus maxime iura diuina oĩa humanaqꝫ
peruertunt. Quare quod modo dicebatur: multo est &
tutius & præstantius ab uno quodam remp. q̄ a pluri-
bus gubernari : Nam unum quendam principem & sa
pientem & bonum fuisse nonunquam legimus. Idem
uero aut de omnibus optimatibus, aut de uniuerso po-
pulo non facile sit dicendum. Magnum Atheniensium
fuit imperium , maius Carthaginensium , at omnium
maximum Romanorum. Sed quando uel , Romani uel
Carthaginenses, Athenienses ue aut in optimatium, aut ĩ
populi pricipatu tanta sunt usi benignitate fortunæ : ut
minus inter sese mutuis odiorum incendiis conflagra-
rent? Et.n. qui fieri potest : quo minus inter multos
aliqui sint uel pauci qui ueluti pestifer quidam morbus
uniuersi corporis ualitudinem uitient? Nam sub uno
quodam, qualem & loquimur: & optamus: sapientissimo
iustissimoqꝫ principe ea est uitæ iucunditas uiris uirtu-
te præstantibus: ut nihil neqꝫ optatius queat, neque beati
us excogitari. Talis uero permultos aliis temporibus
atqꝫ aliis extitisse dinumeremus. sed illum in primis ,
quo neminem protulit natura omni uirtutum omnium
numero perfectiorem magisqꝫ absolutū. G. Iuliū Cæ-
sarē : q primus, quod adhuc perdurat: regium Romanis
post sedatas sediciones furoresqꝫ ciuilis : & constituit :
& stabiliuit imperium , dein post curriculum temporis
Traianus, duoqꝫ Antonini, & Pius, & philosophus Mar
cus secuti sūt singulari laude digni. Nec multo post Ale
xander

Auaritia et ambitio uno die diuina humana peruertunt



Laus romani imperij

Vite iucunditas sub principe iustissimo sapientissimoq. viris virtute prestantibus

Iulij cesaris ~~Laus~~ et quorundā aliorū laus

Quorundã principum laus recentiorum

xander seuerus. & cum iis Cõstãtinus, qui nouam Romã constantinopolin condidit: tum alii plures uiri magni atque perillustres. Vidimus etiam: atque cognouimus tempestate nostra & Philippum Mariam Mediolanensium ducem, & Alphonsum: qui non multo post Philippi obitum naturæ concessit: Alphonsum regem, duos profecto nobilissimos pricipes. Quid.n. meminero maxios ecclesiæ romanæ Pontifices quoꝝ maiestate & diuinũ & humanũ continetur imperiũ? Prætereo breuitatis gratia superiores illos: qui sunt uiri prope innumerabiles. Quid desyderabatur ad oẽm excellentiæ gloriam uel in Eugenio quarto auunculo tuo uel in Nicolao Quinto qui Eugenio successit i Pontificatum? Nam de ipso te loquor eo uerecundius: quia uerissima etiam laudatio coram habita assentandi suspicione haud uacat omnino. Sed unum certe præterit neminem eum esse Paulum Secundum Pontificẽ Maximũ: q ad uitæ integritatẽ & sanctimoniã tãta sit animi sapiẽtia ac robore: ut solus Italiæ pacẽ, quã inclytus ille princeps Frãciscus sphortia maximis laboribus periculisq; pepererat: languentẽ iã post illius obitum pœneque interemptã recreet; reficiat: & uiuaciore quodam sensu afficiat: & eo robore muniat: ut nullas hominum uires, nullas uereatur insidias. Itaq; unus quoq; Paulus Secũdus ostẽdit: q̃ sit optandũ unius principis optimi moderatissimiq; imperium, & q̃ reliquis quibusq; principatibus præferendum. Præterea mens humana cum dei ipsius mente, ad cuius imaginem & similitudinẽ est creata: debet conuenire. Sed quẽadmodum naturam a mente diuina emanasse constat: sic etiam artem ab humana perspicuũ est oriri. Oĩs aũt naturæ principatus non pluribus, sed uno quodam prĩcipe definitur. Sic unarius numerus ea ratione pluribus

anteponitur

Pontificum romanorum laus

Verissima et laudatio coram habita assẽtationis suspicione nõ uacat omnino

Pauli secundi romanorum pontificis laus

Francisci sphortiæ principis inclyti laus

Ois naturæ principatus nõ pluribus sed uno quodã principe definitur

Vnarius numerus aliis anteponitur ea ratione quod plures ab uno sumunt [illegible]

anteponitur numeris : quoniam plura ab uno sint :non autem contra. Sic omnis motus superior & inferior ab primo motore uno proficiscitur. Sic oia corporis mẽbra motum a corde tanquam a principe probatur accipere. Sic uniuerso corpori præest aius. Sic ipsa ratio partibus animi præsidet. Sic uni sapiẽtiæ tanq̃ reginæ cuidam omnes cæteræ uirtutes & actionis & morum subiiciuntur. Quod si natura etiam fit: ut & quæ sunt: omnia deus unus digerat certo ordine : & totam hanc mundi machiam atq; ornatum deus idem regat atq; moderetur: cui dubium esse debet unius uiri prudentis & optimi imperium industria arteque humana, quæ naturæ est & cognata & imitatrix. sapiẽtissime simul, saluberrimeq; constitui atque propagari? Quam quidem sententiam amplexus poetarum ille nobilissimus Homerus ita Vlyssen loquentem facit: Multorum imperium mala res est, unicus esto Dux, & rex unus: statuit quem rector Olympi. Quid: quod grues etiam ipsas suspici licet : quæ natura duce, cum secant uolatu aera ueluti alio traiecturæ: unam sibi peruices præuiam habent : cuius iter miro quodam ordine sequũtur reliquæ? Nonne insuper uidemus apis quodam quasi naturæ persuasu unum sequi principem, eidemq; parere? Quid igitur homines ipsi faciant: quorum mente nihil est post deum neque pulchrius, nec melius? præsertim cum sapiens ignoret nemo, quæcunq; plura ad unum quodã referuntur: huic ea subesse oportere. Ita uniuersa domus patrifamilias, ita uicus uicario, ita ciuitas principi uni iure subiecta est. Non igitur fortasse uitio dandum est Alexandro Macedonum regi: quod Dario secundum iam uicto, qui ei polliceretur & filiam uxorem, & talentum triginta millia, & Asiæ re-

gnum

gnum exæquo possidendum secum: responderit neque terram duos soles, neque Asiam capere duos reges. Sed quid aliis aut exemplis aut rationibus opus est: quandoquidem constat Christum optimum maximum & ipsum deum & summi dei illius filium: qui ea lege primum creauit hominem: ut cæteris cūctis animātibus præesset: illo se tempore humanitati coniungere uoluisse: quo princeps unus Cæsar Augustus uniuerso terrarum orbi imperitabat: quique præterea, quanti ducēdus esset unius principatus: uel hoc declarauit argumento: quod & ipse principem gessit: dum fuit inter homines: & rex ab hominibus reuertit in cælum: Nec multo prius quam foret excessurus e uiuis: delegit unum e discipulis suis Petrum, primum tuæ istius Apostolicæ sedis præsulem: cui præcipuum ius tradidit & ligandi super terram & soluendi: quod uellet. Quando ergo unius imperium, siue finis ipsius, siue principii causæue natura consideretur: & populi præstat & optimatium dicioni: de hoc non inepte grauissimus philosophus Xenophon præcepturus, unum sibi delegit regem: in quo summa omnia esse uoluerit: quæ ad constituendum, amplificandum, tuendum que, & propagandum in posteritatem imperium pertinerent: Ita enim quæ de regia institutione & disciplina præcepta traditurus esset: gratiora legentibus fore censuit: si unius moderatissimi iustissimique regis uitam atque res gestas tanq̄ exempla quædam protulisset in medium. Talem uero Cyrum propterea esse uoluit: quoniam per ea tempora alius occurrerat nemo: cuius nomen apud Græcos haberetur illustrius: Nam Liber pater & Hercules etsi clarissimi extiterunt: eorum tamen res gestæ fa-

bularum

bularum loco ducebantur. Idem & de sesostri aegyptio & de Tearcone, Aethiope, quos ad Europam usque magnis cũ uiribus processisse fabulantur: tenendũ est. Eadem ratione Nabuchodonosorum, qui apud Chaldæos claruit: maiorẽ quã Herculem gloriam consecutũ qui asseuerant: non plus suis iuentis auctoritatis uẽdicãt quam qui uolũt Idathyrsum Scytharꝝ regẽ post magnã Europæ partem subiugatam, ad ægyptum usqꝫ Asiam discurrisse: Nãqꝫ Nabuchodonosorum, & ad columnas usque impetum fecisse & ex hispania in Thraciam ac pontum exercitum egisse uolunt. Romani uero erant adhuc minus cogniti. Potuisset profecto Xenophõ, & id recte quidem ac uero desumere sibi ad scribendum Mosen, Moseique res gestas: qui, ut Philo iudæus est auctor: & rex præstantissimus fuit, & prudentissimus legum lator, & sacerdos innocentissimus. Sed id fortassis ob eam rationem ab illo factum non est: quod res hebraeorum nõdum satis increbruerant apud græcos. Præterea quo illud hominum genus: erat gloriosus apud deum, eo apud gentilitatem ducebatur obscurius. Itaque in uno rege Persarum Cyro ea inesse omnia facit Xenophon: quæ in principe iustissimo ac summo inesse debent. Hosce autem octo Xenophontis libros eo studiosius ex græcis latinos reddidimus: quod quædam Poggii scripta habentur a nõ nullis in mãibus: quæ ille quandam ueluti per Epitomen extimatur ex eodem hoc Xenophonte interpretatus: quippe qui libros octo in sex redegerit uolumina. Sed istiusmodi compendium cum neqꝫ orationem complectitur Xenophõtis: neque sententias sequitur: nam eæ quoque infinitis in locis mutatæ, deprauatae, uitiatæque sunt: occurrere uolui tantæ indignitati, ne tanta fieret:

non

non modo græcis, ſed noſtris item iniuria: non abſur-
de futurum iudicans: ſi minus propulſaſſem, quam
poſſem: iniuriam: ut merito ipſe quoque iniuſticiæ re
us fierem. Totos igitur hos libros octo de Cyri pædia ita
ſumus interpretati: ut quantum mea fert opinio: nihil in
his deſyderandum ſit: quantum ſcilicet ad emendati iuſti
que interpretis munus attinet: Non enim ſim adeo im
pudens: ut uelim me a quoquam exiſtimari ita elegan-
ter & perpolite ſonoram illam ac ſuauem Xenophontis
orationē expreſſiſſe: ut etiam ipſe muſa Attica debeam
appellari: Præſertim cum & aliud ſit aliorum inuenta
interpretandi, & aliud noſtra ſcribendi munus: quod in
his & āplificando & exornādo mutādoq; & addēdo atq;
caſtigādo pro arbitrio uagari licet: ſed alie is cū ſentētia
ubique ſeruanda eſt, tū nunq̄ ab oratione diuertendū:
quoad eius queat apte & accommodate fieri. Aliena
inquā & ſocratici Xenophontis inuenta ſumus inter pre
tati, non noſtra ſcripſimus. Neque tam ſtuduimus
orationis noſtræ expoliendae amœnitati: q̄ alienæ exa
muſſim interpretādæ ueritati. Tibi autem pater clæmē
tiſſime nō idcirco hos Xenophōtis libros de optio impe
rio dedicauimus: ut ex iis doctrinam ullam conſequare:
Quis eīm te uno in omni bene uiuendi genere & cōſul
tādo, & agendo, & imperādo præſtātior? Sed ut per te
diſcant alii ſermonis græci imperiti: & qualem opor
teat regem eſſe, & qualis ſubditos: quo & quanto alter
eſt dignitate ſuperior: tanto ſit, quā ſubditi, omni uir
tute ornatior: & hi intelligant tum ſuo ſe functos
officio: cum alacriter imperata conſtanterque obie
rint. Quanti inſuper ſplendidiſſimum opus hoc de
beat æſtimari: teſtimonio nobis eſt ſapientiſſimu s ille
Scipio Africanus poſterior: qui traditur unam hanc
Xenophōtis,

Xenophontis pædiam nunq̃ de manibus ponere consueſſe. Et M. Tullius. Cicero ad Paetum de ſe ſcribens ait: Pædiam Cyri, quam contriuerat legendo: totam in ſuo imperio explicaſſe. Nihil. n. eſt profecto in oi laudatiſſimo uitæ genere: ſiue domi & foris, ſiue belli & pacis, ſiue agendo quid ſiue itelligendo cõſyderetur: quod minus perfecte atque cumulate in hiſce octo pædiæ libris & inueniri & diſci liceat. Sed ne, ſi prolyxior fuero: poſſim iudicari loquacior: iam Xenophon ipſe cum grandius tum ſuauius perſonet.

XENOPHONTIS DE CYRI PAEDIA LIBER PRIMVS.

C Vm olim cogitaremus: quot populi dominatus per illos ſoluti ſunt: qui uellent alia quadam ratione, q̃ populari remp. gerere: & quot item regii paucorumque principatus iam per populos ſunt ſublati: quotque aggreſſi tyrannida, eorum alii cito admodum defecerunt: alii uero ſi quantuluncunque etiam temporis in imperio perſeuerarint: admirationi habentur: perinde atque & ſapientes fuerint & fortunati quidam uiri: Et cum didiciſſe rurſus uideremur in priuatis quoque domibus eſſe aliis famulos uel compluris, aliis perpaucos: qui tamen ne his quidem paucis uti omnino poſſent heriliter: Cumque ad hæc nobiſcum uerſaremus & bubulcos principes boum eſſe, & equorum item eos: qui equos paſcũt: & omnes q

Perſe

Ab—rilione

pastores uocantur: horum animalium, quibus præsunt: non absurde principes existimari: Videreque uidebamur omnia hæc armenta facilius adduci: ut pastoribus pareant, quam principibus suis homines: Nã & pergunt armenta: quacunque a pastoribus dirigantur: & in iis regionibus pascuntur: quo acta ab illis fuerint: & ab iis abstinent: a quibus arceantur: & quos fructus produxerint: sinunt his uti pastores pro uoluntate: At ne ullum quidem armentum unquam accepimus: quod in pastores insurgeret: quo aut minus eis obtemperaret: aut fructuum usum prohiberet: Quin difficiliora in alienigenas omnis præstant se armenta, quã in hos: quos & præsides habent: & fructibus suis fouent: Homines uero in neminem magis, quam in illos insurgunt: quos imperium senserint moliri aduersus sese: Cum hæc igitur commentaremur animo: in hanc sententiam agebamur, ea esse hominẽ natura: ut facilius aliis omnibus animantibus imperitet, quam hominibus. At ubi uenisset in mentem Cyrum, qui foret perses: permultos quidem homines, permultas urbes, permultas gentes iussis suis reddidisse obœdientis: Hinc sententiam mutare coacti sumus: ut pote quod hominibus imperare neque impossibile sit, neque factu difficile: siquis prudenter id agat: Nouimus sane Cyro non inuitos paruisse alios, q plurimorum dierũ, alios qui etiam mensium iter distarent: alios item: qui ne ipsum quidem aspexissent unquam: alios etiam: qui quanuis certo scirent fore: ut non uiderent: ei tamen libenter audiebant. Et enim usqueadeo præstitit aliis regibus, tum iis, qui a parentibus accepissent imperia: tum iis qui suo ductu ea essent adepti: ut & Scytha, quanuis Scytharum magnus sit numerus:

nulli

nulli alii nationi queat imperitare : sed satis superque habeat : si diuturnum in suos principatum gesserit : & Thrax in Thracas, & Illyricus in Illyricos. Atque eodem modo de aliis gentibus audimus. Itaque fertur esse in Europa etiam hac tempestate quasdam liberas gentis: easque inuicem dissidere. At Cyrus identidem assumptis liberis quoq; gentibus Asiæ soluens cũ parua Persarum manu, Medis uolentibus, atque Hyrcaniis imperauit. Subiugauit Syros, Asyrios, Arabas, Cappadocas, Phrygas utrosq;, Lydos, Caras, Phœnicas, Babylonios. Potitus est etiã Bactrianis & Indis ac Cilicibus. Et itidem sacis & Paphlagonibus, & Magadinis atq; aliis q̃plurimis gentibus: quarum ne nomina quidem quis dixerit. Insuper dominatus est Asiaticis Græcis. Cum uero descendisset ad mare : Cyprios quoq; & ægyptios imperio tenuit. Atqui hisce quidem gentibus imperauit: quæ neque cum illo neque inter seipsas lĩgua conuenirent. Et potuit tamen formidine sui nominis tantum orbis terrarum peruadere : ut omnes terrore concuteret: haberetq; neminem repugnantem. Tantam autem omnibus cupiditatem iniecit gratificandi sibi: ut ex eius sentẽtia gubernari optarent. Tot nationes ad sese conuertit: sibique deuinxit : ut eas dinumerare operosum sit: quocunque quis ire a regia eius cœperit: siue ad orientem, siue ad occidentem, siue ad septentriones, siue ad meridiem. Nos ergo hunc uirum ut admiratione dignum consyderauimus: & quo natus genere, & quo frætus ingenio, & qua institutus disciplina tantum ad imperandum cæteris mortalibus antecelluit. Quæ igitur de illo & audiuimus: & sentimus: hæc in medium referre aggrediemur.

Cyri patria

Cyrus

Cyri pater

Cyri mater

Cyri natura

Fatica dura pativebat Cyrus amor laudis Exemplar profecto maximum iuvenum.

Persarum leges

Forum liberum

Forum puerorum
Forum puberum
Forum virorum
Forum emeritorum

Cyrus quidem natus est patre Cambyse rege Persarum: Hic autem Cambyses ex Persidarum genere extitisse dicitur. At Persidæ a Perseo nomen habent. Matre uero consentitur fuisse Mandane: quæ nata est patre Astyage Medorum rege. Fuisse autem Cyrus natura fertur: & hoc etiam tempore a Barbaris decantatur, tum corporis forma pulcherrimus, tum animo humanissimus, tum disciplinæ atq; honoris maxime studiosus: Quapropter laborem omnem exanclabat: & omne periculum laudis gratia perferebat. Huiusmodi Cyrus bonitate formæ animiq; præditus, in Persarum legibus educatus traditur. Prima his legibus cura est a bono publico. Haud enim incipiunt itidem, ut aliæ plurimæ ciuitates: quæ parentibus permittentes pro uoluntate filios educare, & ipsis parentibus pro arbitrio uitam agere, eis iubent: ne furentur: ne rapiant: ne in alienas ædis ingrediantur ui: ne iniuste percutiant quenquam: ne adulterium patrent: ne principi aduersentur: reliquaque huiusmodi. Quod siquid horum trãsgressus quis fuerit: pœna mulctatur. At Persarum leges anticipantes, maxime curant: ne initio tales sint ciues: ut cuiusquam uel improbitatis uel turpitudinis desyderio capiantur. Hac enim utuntur diligentia. Est illis forum: quod uocatur liberum: ubi & regiæ & alia sunt principia. Hinc & uænalia & circũforanei, & horum clamores atq; ineptiæ in alium locũ reiecta sunt: ne horum turba excultis moribus misceatur. Est autem forum circa principia distributum in partis quattuor: quarum una est puerorum, altera puberum, tertia uirorum: qui perfectam etatem iam agunt: quarta uero eorum: qui sunt emeriti. Legeque horum singuli ad sunt locis suis. pueri: cum

cum primum illuxerit: & eodem modo perfectae aetatis uiri: Seniores uero: cum per otium cuiq; licuerit: exceptis constitutis diebus: quibus adsint: necesse est. At adolescentes cubant etiam in principiis cũ gymnicis armis: exceptis uxoratis: qui ne requiruntur quidem: nisi ãtea iussi adesse fuerit. At neq; honestũ ducitur saepius abesse. Et praesũt cuiq; harum partiũ duodecim pricipes: Nã i duodeci tribus Persae distributi sũt. Hi uero pueris praesũt: qui selecti ex senioribus eos uideãtur reddituri q̃optimos: adolescentibus quoq; hi qui ex absolutae aetatis uiris perq̃optimos eos existimentur effecturi: Viris autẽ ipsis hi sunt praefecti: quorum illi institutione censeãtur quae constituta sunt & a magistratu maximo imperata: maxime praestituri. Electi etiam sunt praesides seniorum. Praesunt enim: quo hi quoque suo fungantur officio. Quae autem cuique aetati imperantur faciunda: enarrabimus: quo dilucidius fiat: diligentiam ne adhibeant: ut ciues sint q̃optimi.

P ueri igitur euntes ad ludos, iusticiae discendae dant operam, aiuntque ita illos huic rei studere: quemadmodum apud nos qui eunt ad litteras perdiscendas. Eorum autem magistri magnam diei partem consumunt in eorum disceptationibus iudicãdis. Habẽt. n. pueri quoq; iter sese queadmodũ uiri causas & de furto, & de rapina & de ui & de fraude & de maledicẽtia & de aliis criminibus: ut & par est. Quos autẽ norit horum aliquid deliquisse: eos plectunt. In illum item animaduertunt: quem minus iure accusantem inuenerint. Et de illo crimine iudicium faciunt: quod est in causa: ut se homines odio mutuo insectentur quam maxime: Nam uaehementer causam agunt ingratitudinis. Et quem cognorint posse referre gratiam: nec refert: in hunc seuerissime animad

Ingratitudine sequitur impudentia quae ad oem turpitudine maxima est dux

animaduertunt: quippe q arbitrantur eos: q sint ingrati: & deos maiorē ī modū negligere, & parētes, & patriam, & aicos. Ingratitudinē uero potissimū ipudentia sequitur: quæ ad oem turpitudinē maxima est dux. Docē: etiam pueros tēperantiā: ad quam discēdam eis plurimum conducit: quod uident senes ipsos quottidie tēperāter uitam agere. Tradūt præterea iis præcepta parendi magistratibus. Multū quoq; huic rei cōducit: quod senioris ītuentur parere magistratibus magno studio. Eosdem insuper docent: ut & cybi & potus cōtinētiam seruent: Ad quod illos admodum adiuuat: quod āte oculos habēt senioris nō prius abire uētris iplēdi gratia: q̄ principes permiserit: q; que non apud matrē uescūtur pueri, sed apud magistrū: quādo pricipes significarit. ferūtq; domo pro cybo panē, pro obsonio nasturciū: ad potum uero capedinē: ut ex flumine aquam hauriant. Ad hæc etiā discūt sagiptam & iaculū. Ad sextū igitur usq; aut septimū decimū ætatis ānū hæc agūt pueri. Dein uero ubi ī adolescentiā excesserūt: ita rursus degūt. Puericiā. n. egressi cubāt, ut antea diximus: in principiis idq; tū custodiendæ urbis gratia tū ob tēperantiæ studiū. Videtur. n. huic ætati maiorē in modū diligētia opus esse. Præbent etiam seipsos īterdiu pricipibus: sicuti eis usui sint pro rep. Et cū oportuerit: manent oēs circa principia. Cum uero ad uenationem rex exierit: id quod persæpe agit in mense: educit custodiæ dimidium. Habeant autem exeuntes, oportet: arcus & iuxta Pharetram, in uagina mucronem, aut securim. præterea cratem, & pila duo: quo & alterum emittant: & altero, si opus fuerit: cōminus utantur. Ob hanc autem rem publice dant operam uenationi: & rex quemadmodum in bello se ducem iis

præstat

præſtat : & ipſe tum uenatur :tum ut alii uenentur: dili
gentiam adhibet : quod hæc eis ueriſſima uidetur medi
tatio rerum bellicarũ. Et enim diluculo aſſuefacit aſſur
gere : frigoraque & calores tolerare . Exercet etiã eos
itineribus & curſibus . Neceſſarium etiam eſt ſagipta
bæſtiam ferire ac iaculo petere ;ubicunq; occurrerit.
Atque animus ſæpenumero cogitur concaleſcere : ubi
ferox aliqua bæſtia contra ſeſe obiecerit: Nã & percute
re oportet: quæ occurrerit: & irruentẽ obſeruare. Qua-
re haud facile in uenatione eorum quicquam abeſſe re
periatur : qui inter bellandum accidunt. Exeũtes aũt
in uenationem prãdium habẽt & id quidem maiore quã
titate ,ut par eſt : quam pueri : aliaque eodem modo .
Et donec uenãtur: non pranderẽt. Sed ſiquid opus fue-
rit aut feræ ipſius gratia præſtolari: aut aliter uelit tem
pus terere in uenando : hoc prãdio pro cæna uſi poſtri
die uenantur ad cænam uſque. Et duos hos dies pro uno
ſupputant : quod unius diei cybum conſumunt . Hoc
autem faciunt conſueſcẽdi gratia : quo ſiquid etiam in
bello oportuerit : id eis ſit factu facile . At obſonium
quidẽ hoc puberes habent ;quodcunque uenati fuerint:
Nam ſi id minus : naſturcio ueſcuntur . Quod ſiquis
eos exiſtimat aut ueſci iniucunde : cum aliud nihil
præter naſturcium addãt ad cybũ: aut potu minus ſuaui
uti: cum aquã bibant : reminiſcantur : quanta cum uo
luptate maſſa paneque ueſcuntur ĩ fame: quamq; ſuaue
eſt bibere aquam in ſiti . At reliquæ tribus, quæ domi
manentes in uenationem non exeũt :tum alia exercẽt :
quæ pueri didicerunt & ſagiptando & iaculando .
tum hæc inter ſeſe decertando agitãt . Sunt præterea
publici horum ludi præmiaq; propoſita . In qua autem
tribu plurimi fuerĩt peritiſſimi fortiſſimiq; ac maxime
fideles

fideles: horum laudatur a ciuibus: & honoratur non præsens princeps duntaxat, uerum etiam ille: q eos i puericia erudiuit. Et his adolescẽtibus utuntur magistratus: siqua in re præsidio opus fuerit uel ad maleficia iqrenda, uel ad insequendos latrones, uel ad alia agenda: quæcunq; aut uirium aut uelocitatis sunt opera. Ab adolescẽtibus igitur hæc geruntur.

Sed ubi annos decem absoluerint: excedunt in perfectæ ætatis uiros: quo tempore hi rursus annos quinq; & uiginti ita degunt. Principio quemadmodum adolescentes, præsto sunt magistratibus: ut siquid pro rep. opus fuerit: se utantur iis in rebus: quæ prudentiã uiresq; requirunt. Quod si militiæ danda sit opera: qui ita sunt instituti: arcubus, & pilis amplius non utuntur, sed ensibus & armis: quibus comminus pugnant. feruntq; toracha circa pectora, & in manu sinistra cratẽ: qualem habere pinguntur Persæ, In manu autem dextera gladium aut mucronẽ. Et ex huiusmodi uiris magistratus oẽs cõstituuntur, exceptis puerorũ magistris. At posteaquam annos quinque uigintique cõplerint: agentes hi ætatis annum aliquanto amplius quam quinquagesimum, illorũ iam ætatem ingressi, qui & sunt: & uocãtur seniores: non etiam in exercitum eũt extra solum patrium. sed manentes domi, iudicãt omnis causas & publicas & priuatas. Iudicant etiã hi causam mortis. Idemq; legunt oĩs magistratus. Quod siquis aut i adolescẽtibus aut in uiris deliquerit quippiam contra leges: deferunt eũ singuli tribuni: & ex aliis q uoluerit: Quem seniores ubi audierint: damnant. At dãnatus degit reliquam uitam cum ignominia. Verum ut oĩs Persarum respub. clarius pateat: repetemus paulo altius. Nunc autem ex antedictis declaratum sit paucis.

Persæ

xen. de cy. pæ.

Persæ dicuntur esse circiter centum uigintimillia homi num. Horum nemo lege excluditur a dignitatibus, atq; magistratibus. Sed licet omnibus persis mittere filios ad publicos iusticiæ ludos. Verum qui possunt filios per otium alere: eos mittunt ad ludos. Quibus uero alendi non est facultas: nequaq̃ mittũt. Qui autem fue rint apud publicos magistros instituti: licet iis inter ado lescentis eius ætatis opera exercere, aliis uero non licet. Qui rursus legitima inter adolescentis absoluerit: pos sunt ii inter uiros uersari, magistratuũque participes atque honorum fieri. At ii, qui puericiæ atque adole- scentiæ legitima non obierint: inter uiros non admittũ tur, At hi rursus, qui inter perfectæ ætatis uiros sine repræhẽsione se gesserint: fiunt ex ordine seniorum. Et ita seniores ii constituuntur: qui per omne honestatis genus uitam egerint. Et hæc ẽ uiuẽdi institutio: qua qui utuntur: optimi uiri existimantur. Quin hoc etiam tẽ pore testimonium durat tum moderati eorum uictus, tum etiam defatigati: Nam nũc quoque turpe est apud Persas & spuere, & emungi, & flatus uideri plenos. Tur pe item ducitur: siquis appareat quoquã ire aut meiẽdi aut cuiusq̃ huiusmodi rei gratia. Quæ qdẽ facere nullo pacto possent: nisi & uictu modico uterentur: & humi ditatem per laborem consumerent. Quo fit: ut ea alio quopiã secedant. Hæc igitur de Persis omibus dicere possumus. At cuius gratia hoc tempore nobis oratio cœpta est: res gestas Cyri narrabimus a puericia ordiẽ tes. Cyrus enim ad duodecimum usque annum aut pauloamplius hac institutus disciplina, æquales oĩs ãtecellebat. & celeriter discẽdo: hacq; opus erat: & pul chre ac fortiter singula obeundo. Ex hinc filiam suam Astyages eiusque filium accersiuit: quippe qui eum uidere

uidere cupiebat: quē & pulchritudīe audiret & probitate præstare. Veīt igitur mādane ad patrē, cyrū filiū secū habēs. Ad quē ubi curriculo peruenisset: Cyrusq; nouisset astyagē matris esse patrē: cōtinuo ut erat igenio facili atque perhumāo: tū eum amplexatus est familiariter atq; perbenigne: ueluti siquis diu una educatus, diuq; illum amans amplexaretur: tū eundem exornatum intuēs & suppicturatione oculorum, & coloris ifricatione, appositioneq; comarū: quæ legitima erant ī medis: hæc.n. oīa medorū sunt, & purpureæ tunichæ, & candyes amictus, & torques ad collum, & harmillæ ad manus: at ī persis cum domi sunt: uel hoc tempore & uestes sunt uiliores & uictus tenuiores: Intuens inquam Cyrus aui Astyagis ornatum, fixis in eum oculis, o mater inquit: ut pulcher est auus meus. Sed cum mater eum rogasset: uter ei pulchrior uideretur, paterne, an auus? respondit Cyrus: o mater persarum quidem pater meus longe est pulcherrimus: at medis quantum scilicet ipse in uiis atque in ianuis uidi: meus hic auus maxime præstat pulchritudine. Quod audiēs astyages rursus eū āplexatus atq; osculatus & pulcherrima stola induit: & torquibus harmillisq; honorauit: ornauitque. Ac siquo equitaret. ī equo frænis aureis isigni circūductabat: queādmodū ipse quoq; proficisci cousueuit. At Cyrus ut & puer, & elegās, & ābitiosus delectabatur stola: atq; equitādi disciplīa mirū ī modū lætabatur. Nā ī persis quoniā difficile ē & equos alere & equitare: quia mōtuosa sit regio: uel uidere equū rarissime datur. Cū uero cænaret astyages una cū filia & nepote: uelletq; puerum quamsuauissima uti cæna: quo minus res domesticas desyderaret: apposuit ei & paropsidas, & omne genus pulpamenta & epulas.

Itaq;

Persia regio montuosa est propterea difficile est equos alere et equitare vel videre equum rarissime datur

Itaque aiunt dixisse Cyrum: o aue quot negotia habes in cæna: si tibi necessarium sit in omnia hæc fercula manus extendere: & degustare hasce tam uarias multasque epulas: Quid ais: inquit astyages: Nonne tibi multo uidetur pulchrior hæc cæna quam persica? Ad quae ille respondit: aue mihi sane haud uidetur: sed longe simplicior apud nos ac rectior est ad explendum uia quam apud uos. Apud nos enim panis & carnes ad hoc deducunt. Vos autem cum eodem studetis peruenire: quo nos: permultos circuitus ac uertigines sursum deorsumq; errãtes uix aliquando uenitis: quo nos diu ãtea peruẽimus. Sed o fili: iquit astyages: hi errores nobis molesti nõ sunt. Quod si hæc tu quoq; gustaueris: cognosces admodũ ẽẽ suauia. Tũ cyrus iquit: at ego aue uideo etiã tibi has epulas esse fastidio. Et astyagẽ ferũt interrogasse: Et cuiusnã rei cõiectura istud ais? Quod te iquit uideo, cum panẽ tetigeris: nihilo manum detergere. sed ubi horũ quicq̃ attigeris: cõtinuo manum purgas ad mantilia: ueluti moleste admodum feras istorum satietatem. Ad quae subdidit Astyages: Si ergo ita sentis o fili: saltem carnibus uescere: quo robustior domum repetas: simulque hæc locutus permultum ei carnium apposuit & siluestrium & cicurum. At Cyrus cum uidisset carnium tantum: ait: Num mihi das hasce carnis o aue: ut ipsis ũtar pro uoluntate? Do tibi inquit mehercule. Tum igitur Cyrus acceptis carnibus eas distribuit inter ministros aui cum huiusmodi uerbis. Tibi quidem hoc ab me datur: quod alacriter mihi tradis equitandi præcepta. Tibi autem: quod tragulam dedisti mihi: Nam hoc ego tempore habeo aliud nihil. Tibi uero: quoniam auo perpulchre inseruis. Tibi

quoque

A V D I D I C T A C Y R I

LIB 1

quoq; : quia patrem meum honore prosequeris. Hæc faciebat; donec distribueret carnes oīs: quas accepisset. Sed astyages sacæ, inqt, picernæ, quē ego honoro maxime nihil das? Erat autē hic sacas excelleti forma: eaq; fungebatur dignitate: ut eos deduceret: quibus astyage opus foret: intempestiuos autem arceret. Sed Cyrus ut puer adhuc ueritus nihil, rogat inconsulto astyagen: Quam ob rem aue hunc ita honoras? Cui astyages cauillatus inquit: An minus uides: quam pulchre quamque apte uinum fundit? Horum enim regum pincernæ aptissime ac purissime uinum fundunt: ferentesque phialam tribus digytis eam præbent; Afferunt enim ita: ut qui bibiturus est: poculum capiat expeditissime. Tum Cyrus ait: iube igitur Sacæ o aue: ut mihi poculum tradat: quo ipse quoque pulcherrime uinum fundens te mihi uendicem: si potero: Quod ubi iussisset astyages: Cyrus accepto poculo ita illud bene eluit: ut Sacan uiderat. Ita etiam composita facie studiose & apte quodammodo præbuit: tradiditque in manum phialam ipsi auo: ut & matrem, & astyagen multo risu afficeret. Cyrus uero ipse profusus in risum ad auum prosiluit: eumque simul osculatus ait: o Saca peristi. ex honore te eiiciam: Nam & pincernæ officio melius quam tu fungar: ebibam uinum: ut tu: Regum enim pincernæ cum dant phialam: ex ea uinum cyatho haustum fundentes in sinistram manum obsorbent: ne si uenena infudissent: ipsi non lædantur. Hinc astyages ait per cauillum: Cur Cyre, qui aliis in rebus Sacan imitaris: non uinum obsorbuisti? Quod metueram, inquit: mediusfidius: ne in cratere mixta uenena forent:

Et

xen. de cy. pæ l. vii

Et enim cum tu in nataliciis amicos accepisti: perspi-
cue didici eum uobis uenena infudisse. Et quonam
pacto, inquit ille: o fili hoc dignosti? Quod, in-
quit: uos uidebam neq; mentis esse neq; corporis com-
potes. Primum quæ a uobis pueri facere prohibe-
mur: hæc uos faciebatis. Omnes enim clamabatis
simul: discebatis que inuicem nihil. Canebatis ma-
gno cum ridiculo. & cum canentem minime audire-
tis: iurabatis optime eum canere. Et quisque ue-
strum cum de suis uiribus loqueretur: mox saltaturi
surgebatis: cum non modo ad numerum saltare, sed
ne erigi quidem possetis. Eratisque obliti omnino,
& tu: quod rex esses: & alii: quod sibi imperares: Per
id enim tẽporis ego primũ didici hoc, quod a uobis tũ
agebatur: cãm esse perpetuæ uestræ confabulationis.
Itaq; nunq̃ tacebatis. Et astyages ait: At patrẽ tuũ fili
cũ bibit: nõne capit ebrietas? Nõ inqt mehercule. Sed
quomodo facit? Siti tolerat. & patitur aliud mali nihil:
Non enim Sacas ei ut uidetur: uinum fundit. Mater
autem inquit: quid tandem fili adeo Sacan oppugnas?
Quoniam inquit Cyrus: ipse odio mihi est: quippe
qui me saepe cupientem ad auum acurrere prohibet
homo sceleratissimus. Verum te suppliciter aue pre-
cor: da mihi tris dies in Sacã imperium. Et Astyages
inquit: quo pacto ei imperitaueris? Cyrus autem re-
spondit: Stans ego, quemadmodum hic, in aditu
cum uoluerit ingredi ad prandium: dicerem non-
dum fieri posse: ut prandio intersis: Auus enim qui-
busdam uiris studet: deinde cum ad cænam uene-
rit: dicturus sim: quod auus lauatur. Cum uero ma-
gno uescendi desyderio afficeretur: dicerem: quoniam
auus est apud mulieres. Tandem aliquando ita ego
hunc

116

hunc protraherem : sicuti ipse me ab auo arcendo pro trahit. Tot inter cænandum relaxationes animorum eis præbebat cyrus. Interdiu uero siqué sentiret : cui uel auo uel auunculo foret opus : ad id officiu omnes anteuertebat. Quidquid enim Cyrus gratificari iis possset : q̃libentissime obibat. At cũ mandane reditum pararet ad uirũ : rogabat eã astyages : cyrũ apud se linqueret : quæ uel equidem respondit oĩbus in rebu, patri moré gerere : uerũ putare sese factu difficile inuitũ puerum dimittere. Hic astyages ait ad cyrum : o fili si apud me manseris: omnium primum aditus ad me tui nulla sacæ facultas erit : sed potestas omnis in te futura est. Habeboq; tibi gratias : quanto sæpius ad me ieris. Dein & equis meis & aliis uteris : quot uolueris. Et cum abire institueris : habiturus es quoscunq; libuerit abeũti tibi. Præterea incedes quã uiã ipse delegeris pro cænæ mediocritate ex sententia tua. Insuper tibi do : & quæ nunc in hortis feræ sunt : & alias omne genus colligam : quas cum primum equitare didiceris : insequeris. prosternesq; & sagiptando & iaculando, ut uiri magni. Præbeboq; tibi pueros collusores. & alia oĩa consequeris : quæ uelle te dixeris. Hæc astyages ubi dixisset : Cyrũ mater interrogabat : Vtrum uellet, manerene an abire? Hic autem nihil cunctatur : sed q̃ celerrime se uelle respõdit. Rursusq; iterrogatus a matre q̃obré? dixisse fertur: quoniã domi o mater & sũ: & uideor eis æqualibus superior iaculando sagiptandoque. Hic autem noui me esse æqualibus meis equitando inferiorem : quæ quidem res mihi mater est permolesta. Quod si me hic reliqueris equitationem q; didicero : cum i persis fuero: facile arbitror me illis oĩbus fore superiorem : qui pedestri præstant. Cum uero

uenero

xen de cy pæ

uenero huc ad medos : enitar , quia factus iam fuero
bonorum equitum optimus : auo auxilium ferre . Ac
iusticiam inquit mater o fili qui disces : cum magistri
tui sint in persis ? Responditq; cyrus : uerum hæc ego
mater examusim calleo . Qui id tibi cognitum est :
inquit mater ? Quoniam meus magister , inquit :me
perinde atque iusticiam optime tenentem constituit ali
is iudicem . Atqui olim in quadam lite uerberibus cæ-
sus sum : Vtpote qui minus recte iudicarim . Erat
autem causa huiusmodi . Puer magnus corpore , cui
parua esset tunicha : alterum paruum puerum qui tu-
nicham haberet magnam : exuerat . suaque illum tuni-
cha induerat : illius tunicha se induto . Ego igitur hac
causa audita , iudicaui esse melius ambobus : ut aptam
uterque haberet tunicham . Itaque hac in re magi-
ster me percussit inquiens : cum de conuenientia simiu
dex : ita iudicare oportere : cū uero iudicandum fue-
rit : utrius sit tunicha : hoc ita consyderandum esse :
quæ possessio est iusta : utrum habere is debet : qui ui
tunicham abstulit : an hic possidere : qui uel labora-
uit : uel emit : quoniam id est ait iustum : quod legiti-
mum sit : quod uero sit contra legem : id est uioletum.
Quare secundum legem iubebat semper ferendā esse
a iudice sententiam . Ita igitur ego mater iura omnino
diligenter calleo . Quod siquid mihi fortasse defuerit
meus hic auus me docebit . At nō eadē fili, iqt manda
ne : iura cōueniūt & apud auum & inter persas :Nam
hic auus tuus rex medorū oīs hēt in potestate sua . At i
persis æqualitatē seruare iustū ducitur . Tuusq; pater
primū constituta facit : quæ facit reipublicæ . Consti-
tuta etiā accipit . Estq; ei modus non libido , sed lex.
Caue igitur:ne uerberibus cæsus pereas:cū domū reuer
teris

teris: si uenias accepta ab hoc rei tyrannicæ pro re-
giæ rei disciplina: Nam in tyrannide decorum existima
tur plus habere q̃ omnes. At pater tuus inquit o mater
studiosior est: qui doceat minus, q̃ plus habere. An mi
nus fortasse uides eũ docuisse medos oĩs minus habere,
q̃ sese? Esto igitur bono aĩo: Pater. n. tuus neq; aliũ
quẽq̃ neq; me ita edoctũ ab se dimittet: ut sĩ hẽdo supe
rior. Cũ talia cyrus cõfidẽtius loqueretur: ad postremũ
abiuit mater: cũ ipse illic relictus apud auũ educaretur:
Celeriterq; æqualibus cõmiscebatur ad familiarẽ cõsue
tudinẽ: Quorũ etiã parẽtes adiens liquidoq; ostẽdẽs eo
rũ a se filios plurimũ diligi, sibi e uestigio reddebat affe
ctos ut q̃ idolẽ eius admirarẽtur. Itaq; siqua uellẽt in re
beneficio uti regis: ii filiis iubebãt: rogarẽt cyrum: id sibi
ut perficeret. At Cyrus rogatu puerorum, ut erat & hu
manus & honoris appetens: plurimi faciebat petita trã
sigere. Astyages uero siqd esset rogatus a cyro: aduer
sari nõ poterat: qui ei morem gereret: Et enim auum in
ægrotatione, qua olĩ correptus est: reliquit nunq̃: neq;
flære ũq̃ destitit. sed oĩbus clarũ reddidit se de aui obi
tu maiorẽ ĩ modũ p̃mescere: Nãq; siquid noctu astya
gi opus esset: cyrus sentiebat primus: & oĩum ĩpigerri-
mus exiliebat ministraturus: quod auo gratũ fore cẽse-
ret. Quibus rebus sibi astyagẽ oĩo deuixerat. Et erat
fortasse cyrus aliquãto loquacior, idq; tũ ob disciplinã:
q̃ cogeretur a magistro & rõnẽ reddere eorũ: quæ fa
ciebat: & ab aliis accipere: cũ causã audiret: tũ etiam
q̃ ob discẽdi studiũ & multa ipse semp a præsẽtibus req
rebat: ut hẽrẽt: & quæcũq; p alios quæsita ẽẽnt: ob dex
teritatẽ ĩgenii celeriter respõdebat. Quare ex hisce oĩ
bus multus ei sermo cõflabatur. Sed quẽ admodũ. ii iu
uenes, q̃ corporibus supra ætatẽ quãq̃ adoleuerũt: ostẽ
dunt

Honoris appetens erat Cyrus

dunt tamen iuuenile quiddã : id quod annorum paucitatẽ arguit : ita ex Cyri multiloquio non audacia prome batur , sed simplicitas quædam atque lenitas : quo fie bat : ut quis cuperet plura etiam eum dicentem audi- re : q̃ tacenti adẽẽ . Vt aũt produxit eũ tempus cũ ma gnitudine corporis ad pubertatem tũ & oraone uteba tur breuiore : & uoce sedatiore . Ac pudore adeo af ficiebatur : ut etiam erubesceret : cum ĩ senioris ĩcide ret . Nec eandẽ hẽbat petulantem adulationem ac quẽ ingerendi se omnibus . Itaque erat ita remissior , & in cõgressibus gratus admodũ ac iucũdus. Et .n. quæ sæpe numero æquales iuicem decertant : nõ ad ea socios pro uocabat : quæ norat melius se tenere : sed in quibus certo sciret sese esse inferiorem : ab iis initium faciebat, futurũ ĩquiens : ut melius q̃ ii faceret. Quare ĩcipiebat uel ĩ equos prosilire , uel sagiptare uel iaculari ab equis : cum nõdũ bene equo ĩsideret . Cũq; uinceretur : ipse plu rimũ ridebat secũ . Verũ ubi nõ detrectat id agere : quo superatus foret : sed eodem reuolutus , temptat idem rur sus melius facere : breui eo peruẽit : ut æque atque ae quales equestrem sciret : breui etiã ob rei studiũ illis su perior factus est : breui quoq; ĩ hortis quæ seruabãtur : feras cõsumpsit ĩsequẽs feriens , iterimens , adeo : ut asty ages : neqret ei bæstias colligere. Quare cyrus ubi sẽsis set auum nõ posse , quanuis uellet : multas sibi uiuas præ bere feras : ait o aue quid est opus negotiosus tibi sis in bæstiis quærendis ? Si me in uenationem emise- ris una cum auunculo : facile putabo feras omnis , quas uidero : ali mihi . Cum uæhementer autem cu peret exire in uenationem : non itidem , ut cum esset puer , rogare auum blandius poterat : sed uerecundius adibat : & quæ Sacae antea uitio dabat : quod non

se ire

ſe ire ad auum sineret : ipſe iam ſibi factus eſt Sacas. Non enim adibat : niſi uideret eſſe tempeſtiuum, Sacanque rogabat : omnino ſibi ſignificaret : quando foret introeundi tempus : & quando tempeſtiuum non eſſet. Quare & Sacae & aliis omnibus erat is iam cariſſimus. Vbi igitur nouit aſtyages Cyrum magna teneri cupiditate in uenationem egrediendi : emittit eum una cum auunculo, datis etiam una cu ſtodibus quibuſdam equitibus ſenioribus : qui eum tũ a locorum difficultatibus, tum a ſilueſtribus feris cu ſtodirent : siquæ apparuiſſent. Cyrus igitur prom ptae eos, qui ſe ſequebantur : interrogabat : quæ feræ proixme adeundæ non ſint : & quæ fidenter inſequẽ dae ? Hi autem dicebant permultos propius factos, eſſe ab urſis & apris & leonibus & pardabus interem ptos, ceruas & capreas & ſilueſtris oues & aſinos eti am ſilueſtris, eſſe innocuos. Addebant hoc praete rea nihilo eſſe munus locorum difficultates obſeruan das quam bæſtias. Iam enim plures ſimul cũ ipſis eqs præcipites corruiſſe : Quæ quidem omĩa Cyrus ſtre nue diſcebat. Sed ubi ceruam uidiſſet exilientem : omni um, quæ audierat : oblitus eam inſequebatur aliud nihil aſpiciens : quam quo fugeret : cum eius equus proſili ens cadit in genua : & illi prope collum enodauit : quin Cyrus uix equo ſe continuit. Surgente autem equo ut uenit in campum : ceruam iaculo proſternit. rem ſane pulchram ac magnam. Cyrus igitur plu rimum laetabatur. At cuſtodes adequitantes con uicio eum appetebat : dicentes : quod in periculum deue niſſet : ſubdiderantq; eũ ſe ad auũ delaturos. itaq; cyrus equo deſcẽdit. ſtabatq;. atq; his auditis triſtis erat. ſed ubi clamorẽ ſenſiſſet : in equũ tanq̃ afflatus reſiliuit. uidẽſq;

aprum

xe de cyri pæ

aprum ex aduerso adactum, ei obuius equum agit ia culoque cõtorto aprum rectissime in frontem ferit ac detinet. Hic etiam iam auunculus uisa audacia, cõuicio Cyrum afficit: qui eum q̃uis obiurgãtem orabat tamẽ: ut has feras oĩs, quas cepisset: sineret portare se, atque auo dare. Sed auũculus fertur dixisse: At auus si te hasce isecutũ seserit: nõ te mõ acerrime icrepabit: sed etiã me q te id facere permiseri. Quinimo si libuerit iqt cyrus: meipsum uerberet: ubi has ego dedero. Et tu quoq; ait auũcule crucia me: ut libet: mõ mihi hoc gratificeris. Ac cyaxares tandẽ inqt: facito ut uis: tu. n. ut uideris: hoc sane die geris in nos imperium. Ita igitur Cyrus portatis feris & dabat eas auo: & illi se uenatum illas dicebat. Et iacula quidẽ minime monstrabat: sed ea cruore illita illic posuerat: ubi ab auo uisum iri arbitrabatur. At astyages num inquit: uerum o fili accipio equidem libẽter: quæcunq; abs te dãtur. sed nihilo horum egeo: quo ipse pericliteris. & Cyrus iquit: si igitur tu nõ eges: maiorẽ ĩ modũ te rogo: & oro aue: ut has feras des mihi i meos æqualis distribuẽdas: Cui astyages respõdit accipe fili has feras & aliud quodcunq; libuerit: & distribue pro tua uoluntate: Quibus Cyrus acceptis eas distribuebat iter pueros: simulq; dicebat o pueri. Vt certe nugabamur: quãdo hortorũ feras uenabamur: Nã id mihi simile uidebatur: quemadmodum siquis ligata animalia uenaretur. Primum enim erant paruo i loco, deinde tenues & scabidæ, & alia earum claudа erat, alia mancha. Sed quæ in montibus bæstiæ sunt & pratis: ut sunt pulchræ: ut sunt magnæ: ut pingues apparebant. Atque ceruæ quidem tanquam uolucres saltu tollebantur ad cælum. apri uero ut uiri fortes tradũtur: ferebãtur aduersi: quorum tanta est latitudo: ut

ab iis

Lib. 1, de Cy. pæ

ab iis ictus aberrare nequeat. Pulchriores profecto hæ mihi feræ uidentur uel mortuæ, quã uiuæ illæ munimine hortorũ muroq; occlusæ. Nũ inquit: permitteret uos parentes uenatũ ire? Et facile quidem illi respondebant: si astyages iusserit. Quis igitur, uestrum inqt Cyrus: sit apud astyagen internũcius? Quis. n. dixere: te alius persuadere satius poterit? At ego mediusfidius qui homo factus sim: nescio; Neque. n. facere possum uerbũ: neq; respicere ad auũ iam ex æquo. Quod si tã tũ creuero uereor: ne secors qspiã reddar & fatuus. Cũ puellus essem: uidebar in loquẽdo acerrimus. Ad quod dicebant pueri: Male hẽre negotium dicis: si ne nostra qdem cã ubi qd opus fuerit: possis agere: sed aliũ quenq̃ id nos rogare oporteat quod ĩte sit. Quæ cyrus audiẽs aĩ ãgebatur: atq; abiens cũ silentio, seq; ipse ad audiẽdũ hortatus, ad auũ igressus ẽ meditatus: quæ illi sine ulla prorsus molestia loqueretur: perficeret q; & sibi & pueris quæ rogabãt: hoc igitur eius fuit ĩitiũ. Dic, inqt: mihi o aue: siqs e famulis tuis effugerit: & eũ postea ceperis q eo uteris? Qui aliter inquit: quam ut eum uinctum cogam operis exerceri? Quod si ultro ad te reuerterit: quomodo facies? Quid inquit aliud: quam ut uerberibus cæso, ne hoc iterum faciat: utar, ut antea? Tempus tibi fuerit, inquit Cyrus: parare: quo me uerberes: quoniam consultem a te fugam facere æquales capiens ad uenandum. Atque inquit astyages pulchre abste factum est: quod prædixeris. Intrinsecus ne mouearis: tibi caue: pulchrum est enim si carnicularum gratia filiæ mãdanæ filium pærdidero Quibus auditis paruit auo Cyrus, ac mansit. Cumque tristis & mæstus esset: tacitus degebat. Astyages uero ubi eum nouit uæhementius tristari; uelletque ei rem

gratam

x enofontis

gratam facere, educit ad uenationem & pedites mul
tos & equites congregatis etiam pueris. Cumqꝫ in cam
pestrē regionem feras compulisset: magnam fecit uēa
tiōem. Atqꝫ ipse regio more præsens uetabat quenq̄ be
stias ferire priusq̄ Cyrus uenationibus expleretur. At
Cyrus īpedire alios nō sinebat. Sed si uis aue, inquit: li
benter me uenari: permitte meos æquales omnis & īse
qui, & certare ut quisqꝫ possit q̄optime. Hic igitur asty
ages permitit. Stansqꝫ eos spectabat: q et æmularentur ī
bæstias: & cōtenderēt: & īsequerētur: iacularēturqꝫ. Ac
cyro qdē delectabatur: quod præ uoluptate silere nō p os
set: sed tāq̄ generosus catulus circuiret: cū propīquabat
feræ: & quenqꝫ noīatim uocās hortaretur. Vidēsqꝫ cyꝛꝫ
deridere aliū, & aliū sentiens laudare ac nemini īuidere
plurimū gaudebat. Abiit demum astyages bæstias pluri
mas secū habēs. Cæterum uēatione eit adeo tū delecta
tus: ut semper, cum per otium liceret. una: cum Cyro
egrederetur: aliosqꝫ q̄ plurīos pueros cyri gratia assūeret
Cyrus īgitur plurimu tēporis ita egit. sese oībus uolupta
tis boniqꝫ cuiusq̄, nullius aūt īprobitatis auctorem prae
stans. Cum uero quintum sextum ue ac decimum age-
geret ætatis ānum: regis asyrioꝝ filius uxorē ducturus
cupiuit etiā ipse per idē tēporis uēari. Audiēs igitur ī iis
locis, quæ asyrios medosqꝫ dirimūt: feras ēē permultas,
quoniam cessatū ēēt ab illaꝝ uēatione propter bellū cu
piditate affectus est eo exeūdi. Quo igitur tutius uēa
retur: & eqtes pluris assumpsit & scutatos: qui feras ex
pellerent ex asperioribus siluis ī locos cultos atqꝫ spatio
sos. Sed post eaq̄ eo uēit: ubi iis erāt castella & statio, hic
cænatus est: quo postridie uenaretur: Vbi uero tempus
uespertinum iam esset: aduenerunt ex urbe, qui priori
stationi succederent: & equites & pedites. Is igitur
arbitratus

Lib. 1

arbitratus est multum adesse exercitum: cum duæ sta tiones simul essent: & secum ipse permultos addu xisset equites ac pedites. Itaque consilium cepit opti mum factu esse: ut prædam ageret ex Medorum solo, ita ratus & opus uenationis clarius uisū iri, & uictimarum copiam fore maximam. Mane igitur surgens ita age bat agmen. Pedites liquit frequentis intra fines. Ipse uero cum equitatu immittens uersus Medorum castella hic manebat optimos secum habens atque plu ris equites: ne praesidiarii Medorum milites possent aduersus palantes suos auxilium ferre. Idoneos uero dimisit per tribus, alios alio discurrentis. Iubebatque: ut facta præda, prout quis incideret: ad sese equitarent: Et hi quidem hæc agebāt. Sed ubi icrebruisset apud astya gē in agro suo esse hostes: ipse cum suis auxiliū tulit ad confinia. Idemq; fecit filius simul cum præsenti equita tu. Alisq; oibus ut ipsi quoq; auxilio essent significabat. Vbi aūt uidisset asyrios magna hominū multitudine in structos: & equites qetē agere: steterunt etiā Medi. Cy rus uero ītutus totis uiribus alios auxiliū ferre: ipse quo que auxiliator accedit tū primū īdutus arma: cū ne id q dē esset unq̄ suspicatus: usqueadeo armari iis cupiebat: Ea eim arma, quæ ab auo sūt facta: & perpulchra erāt & aptissia eius corpori. Ita ergo armatus equo adactus ē. Quod uidēs astyages, nō potuit nō mirari: cuius iussu uenisset: eiq; tamē dicebat: iuxta se ut maneret. At Cy rus cum uidisset multos aduersos equites: rogabat: Nū hi aue inquiens hostes sunt: qui stant cum equis adeo quiete? Hostes inquit astyages. An etiā illi ait: qui im mittunt? Illi quoque: respondit. Pape Cyrus ait o aue: Verumtamen & aspectu inutiles & super eculeos in utilis res nostras abigunt. Itaque opus est: ut ex nostris aliqui

De Cy. pæ

aliqui aduersus eos immittant. At non aspicis inquit o fili: quantus equitum globus stat cum equis instructus? qui si aduersus illos nos agamur: rursus nos intercludent. Neq; adhuc nobis adsũt copiæ. Verũ si tu mãseris, inqt cyrus: & auxiliũ ferentis exceperis: metuet hi: neq; se mouebũt. qui autem prædam agunt: cum uiderint aliquos in se impetum facientis: eam dimittẽt. Visus est cyrus astyagi aliquit dicere. simulq; admiratus uim acrimoniamq; ingenii, iubet cyaxari filio: ut accepta equitũ manu in eos immittat: qui prædam agunt. Ego autem in hos ferar: si aduersus te moueantur. Itaque nos rogentur obseruare. Ita ergo Cyaxares acceptis equis uirisq; robustissimis ĩ hostes agitur: Quos cyrus moueri ut uidit: ipse etiam motus sese primus celeriter ducem præstitit: quem & cyaxares sequebatur. & alii quoq;. Eos autem propinquantis ut uidere: qui prædabantur: continuo dimissis rebus uertuntur in fugam. Cyri autem milites eos intercludentes quoscunque assequerentur: continuo feriebant, Cyrusq; ĩprimis. Eosq; post terga pertinacius ĩsequẽtes, quotquot dilapsi sunt: cepere nõ nullos, Et queadmodũ generosus cãis ob ruditatẽ temere fertur aduersus aprũ ita etiam cyrus ferebatur nihil aliud uidens quã captũ percutere, atque aliud prouidẽs nihil. At hostes ut uidere suos laborãtis: promouere globũ: quo ĩsequẽtis auerterẽt: cũ eos intuerẽtur progredi. Cyrus aũt nihilo reĩssior qnimo auũculũ præ gaudio cohortãs ĩsequebatur hostes: eosq; acriter premẽs uæhemẽtẽ fugã facere cogebat. Ac cyaxares quidẽ sequebatur ob patris fortassis uerecũdiam. Atq; alii quoq; sequebantur. & erant ad fugãdũ ii tũ etiã alacriores: quis essẽt hostibus nõ ad modũ pares uiribus, At astyages ut uidit hos temere ĩseq

hostes

Lib. I

hostes autem frequentis instructos que occurrere: filio atque Cyro metuens, ne ipsi imparati i illos paratos inci dentes quicq̄ aduersi paterentur: aduersus hostes conti nuo agebat exercitum. Sed illi rursus ut medos uiderũt promoueri: intendentes alii tragulas, alii sagiptas con stitere, perindeatque eos progredi prohibituri: cum ad iactum sagiptæ uentum foret: ut sæpenumero facere cõsuerunt. Cum enim prope essent: hucusque se inui cem adoriebantur: ferentariisque persæpe ad uespe ram usque certabant. Sed ubi uiderunt asyrii & suos fuga recipere se ad exercitũ, & Cyri milites ferri frequẽ tis, aduersus eos & astyagen cum equitibus iam adesse intra iactum sagiptæ: incliata acie uertũtur in fugã. Me di uero inde scilicet totis uiribus insequẽtes permultos fecere captiuos. Quosq; caperent: & equos feriebant & uiros: cadentis uero interimebant. Nec stetere prius: q̄ ad asyriorum peditatũ peruentum esset. Hic ueriti, ne insidiæ aliquæ subessent: substiterunt. Hic igitur redu xit exercitu astyages: tum equestri lætus uictoria, tum cyrum supra modum admirans, quem et eius operis au ctorem sciret: & audentia furentem nosset: Et enim cæ teris abeuntibus domum solus omnium ille tum aliud ni hil quam interemptos obequitans spectabat: ac uix eũ, qui huic rei præfecti erant: abstrahentes ad astyagen ad duxerunt: quos ille sibi ualde anterioris faciebat: quo niam aui faciem intueretur in se spectando turbatam. Hæc igitur gerebantur in medis. Et cum alii omnes Cy rum habebant in ore & oratione, & carminibus: tum a styages quem antea honorabat: tum maximo stupore prosequebatur. At Cyri pater cambyses his auditis lae tabatur. Sed ubi accepisset iam res uiro dignas ab eo geri: illum ad se reuocauit: quo patria instituta discẽdo absolueret

abſolueret. Hic cyrus dixiſſe traditur ſibi eſſe abeundū:
ne quid pater moleſte ferret: ac ciuitas uitio ſibi daret.
Itaq; aſtyagi uiſū eſt neceſſarium: ut eum remitteret.
Quare datis ei equis, quos ipſi capere libuiſſet: cum a
lio multo apparatu, ab ſe dimiſit: Idq; tum quia illum ca
riſſimum haberet; tum etiam quia magnam in eo ſpem
reponeret: ut qui uir ſatis futurus eſſet: qui & prodeſ
ſet amicis: & malefaceret inimicis. Cyrum autem abe
untem omnes in equis deducebant & pueri, & æquales,
& uiri, & ſenes & aſtyages etiam ipſe. Feruntque fuiſſe
neminem: qui ſine lachrymis conuerteretur. Et ipſe eti
am Cyrus dicitur multis cū lachrymis deceſſiſſe: Qui
cum dona plurima diſtribuiſſet inter æquales: quibus
donatus fuerat ab aſtyage: dediſſetq; ad poſtremum
exutus ſtolam medicam cuidam: hunc ſignificans ſibi
eſſe carum & periucundum: ea illi cum accepiſſet: ad
miſiſſentq;: detulerunt ad aſtyagen: Quæ aſtyages ac
cepta rurſus miſit ad Cyrum. At ea cyrus iterum mi
ſit ad Medos, dicens: o aue ſi uis me rurſus audacter ad
te ire: ſine hæc eos hēre: quibus data ab me ſunt: Qui
bus aſtyages auditis: Cyri uoluntati eſt obſecutus.
Quod ſi amatorii ſermonis mentio eſt faciunda: dici
tur in Cyri abitione, cum ſe inuicem ſeiungerēt: cogna
tos per oſculum oris eum a ſeſe amiſiſſe lege perſarum:
Et enim hoc etiam tempore id faciunt perſæ. Medus
autem quidam, qui & honeſtus ualde & bonus uir eſſet:
diu in ſtuporem adductus eſt ob Cyri formæ præſtan
tiam. Hic cum uideret cognatos illum oſculātis: ipſe ſub
ſtitit. Vbi uero alii abierunt: Cyrum adiit: atq; ait: me
ſolum ex cognatis cyre ignoras? Cui reſpondit Cyrus:
Num etiam tu cognatus es? Maxime inquit. Propte
rea inquit Cyrus me intueris? Nam ſaepe mihi hoc
facere

facere uisus es : Adire enim te , inquit : cum usque uellem : per deos immortalis me pudebat . At nullo, inquit cyrus : te pudore teneri oportebat : cũ esses necessarius , simulq; illum adeuntẽ osculatus est . Et medus post acceptũ osculum quæsisse dicitur : Num etiam inter persas hæc esset consuetudo cognatos osculandi ? Maxime inquit : ubi aut post curriculũ temporis se inuicẽ uideãt : aut aliquo ab inuicẽ eant . Hora esset admodũ inquit medus osculãdi mei rursus : Iam enim, ut aspicis : ita abeo . Et cyrus eũ osculatus ab se dimittit : Qui cum abisset : ac nondum multum peregisset itineris : iterum uenit sudanti equo . Et cyrus hunc intutus, Num ait eorum aliquid es oblitus : quæ dicere mihi uelles ? Non equidem respondit. Sed ueni post curriculum temporis : cui cyrus inqt : at mediusfidius breue o cognate . Quod breue medus respondit ? An ignoras cyre : quod quãtulũ etiã tẽporis oculos moueo : mihi uidetur esse permultũ ? quod tũ te talem nõ aspicio ? Atque hic Cyrus ex prioribus lachrymis primum risit : & abeunti illi confide, inquit. nam post paꝝ temporis uobis adero. Itaq; tibi si uolueris : aspicere me licebit uel fixis oculis . Cyrus igitur cum ita abisset : in persis traditur annum etiam egisse inter pueros : qui primũ cauillis eum appetebant : tanquam redisset edoctus in medis uoluptuose uiuere . Sed ubi uiderent eum quemadmodum ipsos & comedentem suauiter & bibẽtem : & in festo die siquando epulatio fieret : de portione etiã sua aliis dantem potius q̃ quod ipse egeret : eũ sentirẽt : ad hæcq; aliis quoq; ĩ rebus oĩbus eũdẽ sibi præstare cognoscerẽt : hic rursus eum æquales uerebantur . Cum hãc uero puericiæ disciplinam absoluisset : & pubertatem iam esset igressus ; inter puberes item uisus ẽ

tenere

l

tenere principatum . tum ea exercens : quæ par foret: & tolerans : quæ oporteret : & reuerentia utens in se nioris , & magistratibus parens. Temporis autem pro gressu moritur in medis astyages , & Cyaxares astya gis filius fraterque Mandanes regnum Medorum pos sidebat . At rex asyriorum Syris omnibus subiuga tis natione sane maxima, & arabum rege in deditionem acto , ac subditis iam hyrcaniis bactrianisque obsessis , cum arbitraretur : si medos fecisset imbecil los : futurum : ut finitimis omnibus facile imparet: cum hæc natio uideretur finitimorum omnium ualidissima : quare mittit & ad subditos suos oīs & ad regem lydorum croesũ ,& ad regem cappadocũ ,& ad phrygas urosq; ,& ad paphlagōas,& īdos.& ad caras & cilicas, tũ apud eos īsimulās medos ac psas: tũ etiam dicens hasce gētes & magnas esse ,& ualidas & ad idē cōsentientis ,& mutu is inter sese matrimoniis cōiunctas atq; in unum cōueniē tis : picsitariq; nisi qs eos anteuertēs debilitarit : ut singu las adorti natiōes in seruitutē agant . Quare his uerbis alii persuasi ,alii muneribus ac pecuniis īducti: qbus ille plurimum abundabat: faciebant cũ illo societatem . At Cyaxares astyagis filius cũ accepisset & īsidias eorum & apparatum aduersus sese : tum ipse continuo omnia parabat contra : quæ poterat : tum mittebat in Persas & ad rempublicam & ad Cambysen : qui & sororem haberet uxorem: & regnaret in persis . mittebat etiam ad Cyrum eum rogans : operam daret : ut siquos mi lites respublica persarum in auxilium sibi mitteret : eorum ipse iret imperator : Iam enim Cyrus impletis annis decem inter puberes erat in pfectæ ætatis uiris. Ita igitur cũ rem Cyrus approbasset : seniores cōsultā tes exercitus legunt eum impatorem: qui mittebatur in medos

L

medos. Ad hæc ei dederunt: ut ducentos ex iis legeret: qui ab honoris æqualitate homotimi uocantur: quibus item singillati dederũt electionẽ quaternoꝝ uiroꝝ & hoꝝ quoqꝫ homotimoꝝ. Ac fiũt hi q̃dẽ mille: quibus etiam singulatim constituerunt electionẽ ex populo ꝑsarum denoꝝ scutatoꝝ. & funditoꝝ denorum ac sagiptariorum item denorum. Et ita fuere sagiptarii decem millia. & scutati decemillia. & funditores quoqꝫ decem millia. Præter hos aũt erãt ii mille homotimi. Tãtus igitur exercitus cyro datus est. Sed ubi electus est: celerrime initium fecit primum a diis ĩmortalibus. factaqꝫ per tẽporis litatione: legit ducentos illos: qui ubi etiam ipsi singillatim quaternos legissent: eos conuocauit. & hæc tũ primum in iis ita locutus est. Ego uos legi uiri amicissimi nõ propterea: quod nunc de uobis primũ periculũ fecerim: sed quoniã uiderim ab usqꝫ pueris, quæ ciuitas ad honestatem cõstituit: hisce uos alacriter opam dare: quæ autem ducit turpia: ab his oĩo abstinere: quorum autem gratia & ipse non inuitus in hoc sum imperium cõstitutus: & uos rogaui: uolo hæc uobis non esse obscura. Cogitaui equidem maiores nostros nihilo fuisse nobis deterioris: Exercuerunt .n. illi quoqꝫ assidue: quae uirtutis ducũtur opera. Quod aũt bonũ uiri huiusmodi uel reipu. persarum, uel sibi ipsis addiderint: uidere id nequeo. Atqꝫ nulli uirtuti, ut mea fert opinio: ab hoĩbus datur opa: quo nihilo plus hẽant uiri probi q̃ improbi: sed & hi q a repẽtinis abstinẽt uoluptatibus: nõ id agũt: ut lætẽtur nunq̃: sed ut ꝑ hanc cõtinentiã multo maiore ĩ posteꝝ tempus lætitia afficiãtur: & hi, q dicendo studẽt cæteris antecellere: nõ hoc exercẽt: ut a bene dicẽdo nunq̃ cessẽt: sed q, existimãt hac oratioĩs præstãtia dũ reddũt hoĩes ꝑsuasos: fore: ut & multa & magna

bona

nihil[?] a dijs immortalibus fieri debet:

Ad electos milites Cyri oro

[illegible] amatores

bona ipsi consequantur: Et itē hi, qui hasce bellicas res exercēt; nō hoc laborāt: ut a præliis nunq̄ uacent: sed quia putāt etiā hi, si rerꝝ bellicarꝝ gloria excelluerit: futurum: ut multas opes, multam facilitatē, maximosq; honores & sibi cōparent & reip. Quod siq̄ uersati bellicis in rebus prius q̄ fructū quenq̄ ab his susceperit: senectute redditos se uideāt ībecillos: simile hi mihi uidētur pati: ueluti siq̄s bonus agricola esse studuerit & bene serendo & bene īserendo: cū de his fructus capiundus est: eū nō cōuehat: sed sinat rursū humi defluere. Ac siq̄s i ludo p multū sese laborē exercuerit: & dignus uictoria defecerit ad calcē: neq; hic uidetur mihi non esse iure dementiæ accusādus. At ne uiri amicissimi hæc nos patiamur: cauendū est. Sed quoniā cōscii nobis sumus: quod ab usq; pueris rebus hōestis bonisq; studuimus: eamus aduersus hostes: quos ego certo scio, quoad nos rudis esse īperitosq; bellandi ac plāe īutilis. Nec eim hi satis queāt nobiscū descēdere i certamē: q et si sagiptandi sunt & iaculādi eq̄tandiq; periti: tibi tamen relaxentur: ubi laborādum fuerit: qppe qui labores ferre non possunt: Neque hi: qui uigilandum cū sit: uigilare nequeunt: sed sunt ob ignauiam sopno inferiores: Nec item hi: qui q̄uis hæc præstare possent: tamen quoniam neq; amicis neq; hostibus uti nouerūt: magnarꝝ disciplīarꝝ nō obscure īdocti sūt. At uos æque nocte possitis atq; alii uti die. labores uero iucūdæ uitæ duces existiatis. famē hētis obsōio. aquæ potū fertis facilius q̄ leōes. Et q̄ oīum pulcherrimā maxieq; ciuilē possessionē i aīos īportastis: laude magis q̄ aliis rebus oībus gaudetis. At laudis amatores cogūtur huiusce rei gratia ea sibi cōparare: quorꝝ causa laudētur ob eamq; rē ēem laborē, omne piculū q̄libētissime subire. Quod si hæc

de uobis

L

de uobis loquēs aliter sentio: meipsum fallo: Nā quod
mius huiusmōi p uos eueiet: aduersus me erratū uenatu
rū sit. Verꝫ tū ob peritiā atqꝫ beniuolentiā ī me uestrā
tū ob hostium inscitiā credo fore: ut me hæc spes optie
haud falsum habeant. Itaque bona cum fiducia iter
capiamus: quoniā liqdo iam patet nequaq̄ nos p iniuriā
appetere aliena. Nunc. n. hostes ueniūt auctores īferē
dæ iniuriæ. Nos uero amici ī auxiliū uocāt. Quid igi
tur est aut iustius q̄ propulsare iniuriā, aut pulchrius q̄
aīcis succurrere? Atq uos illius etiā rei gratia fidere o
pinor: quod haud ad bellū egrediar p neglectū rerum
diuinarum: Nam qui de me plura cognoscitis: illud mi
nime ignoratis, me non solum in magnis rebus, sed
etiam in paruis semper a diis immortalibus initium
facere. Ad postremum inquit: Quid est amplius
dicendum? Lectis uos assumptisque uiris fortissimis
paratisque rebus aliis: ite in medos. Ego autem re
uersus ad patrem iamdudum adero: quo res hostilis
quamcelerrime edoctus, ea parem omnia: quæ usui
sunt: ut quamoptime cum diuina ope belligeremus.
Et hi quidem hæc gerebant. Cyrus autem domum re
uersus, precatusqꝫ uestam patriam atqꝫ Iouem patriū
aliosqꝫ deos pergebat ad exercitum: eumque pater una
deducebat. Sed posteaquam ædis egressi sunt: dicun
tur fulgura ei atque tonitrua dextera esse facta.
Quae ubi apparuissent: nullo praeterea utentes alio
augurio iter faciebant: quod signa dei optimi ma-
ximi neminem laterent. Procedenti autem Cyro pa
ter huiusmōi sermonē facere est aggressus: O fili mihi
carissime quod dii īmortales te mittūt propitii ac mites:
& in sacrificiis manifestum est & in signis cælestibus:
id quod ipse etiā nosti: Nā rerꝫ harum ego tibi doctrinā
de industria

Nil iustius qꝫ propulsare iniuriam, nec pulchrius quā amicis succurrere

Nō solū in paruis magnis rebus sed etiā in paruis initiū Cyrus a dijs immortalibus faciebat.

de idustria tradidi quo nõ aliis îterpretibus mẽtes deoꝝ calleres: sed ipse cognosceres & uidẽs & audiẽs: quæ uidenda audiendaq; sunt: ne augures petas: si uelint te decipere, dicẽtes alia: q̃ dii ipsi significent: neq; rursus ubi careas augure: ãbigas: quid tibi diuinis signis portendatur: sed cognoscẽs per diuinationẽ deoꝝ consulta, ipsis obtẽperes. Atq; Cyrus inq̃t: o pater quãdo dii nõ aduersi cõsulere nobis uelĩt: pro uiribus diligentiã adhibebo: ut mones: Memini. n. ex te oli audisse itidẽ a diis illũ magis exorare: quod uelit, quemadmodũ etiã ab hominibus: qui non cum in difficultatibus fuerit: tum assentetur: sed cum rebus secundis utitur: tum reminiscatur deorum, & amicorum dicebas eandem habendam esse diligentiam. Propterea inquit o fili ob illos cultus libentius uenis deos rogaturus ita affectos: sperasque futurum: ut magis quæcunque rogaueris: consequare: quod tibi conscius sis nunquam eorum cultui defuisse. Valde inquit o pater ita sum affectus in deos, ut in amicissimos mihi. Quid enim fili Cambyses inquit? Meministine illa: quæ nobis olim uidebantur: felicioris esse homines: si didicere: quæ dii dederint: quam si eorum fuerint inscii: & si operantur: efficere magis: quam si fuerint otiosi: & si diligentiam adhibuerint: q̃ si horum fuerint negligentes: degere posse securius? Qui ergo talis se præstarent: qualis par ẽ: ita nobis uidebatur bona iis petenda esse a diis immortalibus. Ita inquit Cyrus. Memini equidem hæc abs te audisse. Et. n. necessario parendũ ẽ oratiõi tuæ: Nã noui te dicere semper solitum haud fas esse a diis petere neque uictoriam eos equestri pugna: qui equitare non didicissent: neque sagiptæ ignaros superare illos sagiptando: qui huiusmodi peritiam callent:

neq;

L i

neq; gubernandi imperitos optare nauium salutem gubernando: neque eos, qui frumentum non seuerint: sibi precari triticum pulcherrimum nasci; neque salutem petere: qui sibi in bello non cauerint. Huiusmodi enim omnia esse præter diuina instituta. sed qui optant nefasta: dicebas consentaneum esse hos æque a diis optata non consequi, atque ab hominibus non adipisci: quæ illicita rogant. Sed illorum fili e sne oblitus: cum ego ac tu commentaremur sufficiens uiri opus atq; pulchrum esse: si curare quis queat: ut & ipse honestus ac bonus omnino sit: resque ad uictũ necessarias tũ ipse tũ famuli habebãt abũde: & cũ magnũ hoc opus ẽẽt ita etiã scire aliis præesse hoĩbus: ut futuri sint oĩs res necessarias affati: & ut futuri: sit oẽs: qualis oportet hos nobis mirabile sane uidebatur. Ita mediusfidius o pater memini hoc dixisse te. Itaque quoque mihi uidebatur opus esse maximum pulchre impare. ac nunc eadem mihi uidentur: cum ipsum imperandi minus me cum ipse consydero. Equidẽ cum ad alios homines oculos conuertens aĩo uoluto: quales sunt: qui principatũ obtineant: & quales ii qui sint nobiscum. decertaturi: turpissimum mihi uidetur eiusmodi homines formidare: minusque libenter iis obuiam ire in pugnam: quos ego ut ab hisce amicis nostris incipiam: sentio existiare id esse operæpretium: ut rex subditis antecellat cænæ sumptu ac magnificentia, auri magnitudine, diuturniore sopno. utque omnibus in rebus minore degat cum labore q̃ subditi. At ego arbitror decere principẽ subditis ãteire nõ doleo & otio, sed prouidẽtia & industria. Verum quædam sunt inquit fili: quae non erga hoĩes exerceri debẽt, sed circa res ipsas: q̃bus difficile est abũdare. itaque ne te lateat breui periturum imperium: ubi exercitus caruerit commeatu.

Principẽ subditis prouidẽtia et industria anteire oportet

l

Atqui hunc Cyaxares ipse ait o pater præbiturꝫ sese nostris hinc proficiscentibus omnibus. Pergisne igitur, inquit: fili fidem habēs hisce cyaxares pecuniis? Certe inquit o pater. Quid inquit: nosti: quot pecūiæ ei sūt? Non mehercule: inquit Cyrus. Veruntamen fidem adhibes his rebus incertis? Quod autem tibi grādi pecunia opus erit: & multa tibi hoc tempore alia impensa necessario faciunda est: id haud nosti? Noui equidem: inquit Cyrus. Si igitur eum, inquit: impensa defecerit: uel ipse etiam ultro mentiatur: quomodo tibi exercitus res habebunt? Videlicet nequaq̄ bene. Idcirco, inquit: o pater siquem tu redditum uides: qui, quandiu inter amicos sumus: ab me quoqꝫ præstari queat: expone. Interrogas, inquit: fili: ubi abs te pecūia parari queat? A quo magis consentaneum est suppeditari pecuniam, quā ab eo: qui exercitui præsit? Tu uero hinc agis tecum peditatum: quem scio cum alio longe maiore nō cōmutares. Equitatum autem Medorum, qui optimus ē: socium hēbis. Quam ergo finitimā gentē nō existimes tibi gratificatum iri & obsequendi uoluntate, & metu pœnae? Quae: quidem tibi una cum Cyaxare considerada sunt: quo nunquam deficiat uobis aliquid necessarium. Quinetiā assuescēdi gratia excogitandus est pecuniarꝫ redditus. Hoc insuper omnium maxīe memīeris nunq̄ expectandū esse: ut tum commeatum pares: dum ipsa caritudo te coegerit. sed cum maxime abundaueris, tum ante indigentiam illum strue. Et enim magis a quibus opus fuerit: eum consequeris: cum non uisus fueris indigere. Neque præterea a tuis militibus accusabere. Magis etiam ex hac re te alii uerebuntur. Ac siquos tuis uiribus uolueris uel bene afficere uel male: obsequentiores es

milites

L i

milites habiturus in rerum necessariarum copia . Et oratione tum uteris magis ad persuadendum apposita: cũ maxie poteris demõstrare te satis ẽẽ: q & bene possis & male afficere. Verꝝ cyrũs iqt: o pater mihi uideris hæc oia q̃optie dicere: & itẽ, quod quæ nũc milites accipiẽt: eorꝝ mihi nemo sit gratiam hiturus: quippe q norũt: quas ab res eos cyaxares socios accersit: & q, ea præterea: quæ qs accipiat: tũ sibi honori ducturi sunt: tũ danti horꝝ grãm cõsentanee plurimã hituri. Qui aũt uires hẽt qbus põt tũ iis amicis grãm referre: q de se bene meruerit: tũ de iis, quos hẽt iimicos: opã dare: ut ultionẽ sumat: hũc negligere pecũiæ redditum putas ne, inqt: mĩus esse turpe: quã siquis & agros habeat & ad eorum cultum operarios: deinde eos sinat ob negligentiam esse inutilis? Quare ita de me tibi persuade nunquam fore: ut res necessarias militibus moliri negligã neq; iter hostis neq; inter amicos. Quid .n. inqt fili: meministine quæ nobis olĩ necessario uidebãtur nõ ẽẽ negligẽda? Nõ eim memini: inqt Cyrus? quãdo ego sane uẽi ad te argentum petiturus: quod ei soluerem: qui dicebat scientiam rei militaris mihi tradidisse: & tu id mihi cum dedisses: ita me simul quodammodo interrogabas: Num fili in præceptis rei militaris uir iste, cui fers mercedẽ: fecit ullam etiam mẽtionẽ de administratione rei familiaris? Nihilo certe minus rebus ad uictum necessariis ẽ opus militibus, quam in domo famulis. Sed ubi ego tibi ueritatem loquens respondissem illum hac de re nihil oio meminisse: rursus ex me quærebas: siquã mihi præceptionem tradidisset de bona ualitudine, aut de uiribus corporis: pinde atq; ĩperatorẽ oporteat non secus de his rebus, q̃ de re militari hẽre rõnem? Cum uero hæc ẽt negassem: rursus ex me quærebas: siquam dedisset mihi doctrinam

bi doctrinam de reddendis sociis optimis circa singula belli opera? Quod ubi etiam negassem: hoc item es p cunctatus: dedisset ne mihi institutionem ullam de inici enda militibus alacritate & prōptitudine: cū diceres ala critatem ignauiæ atq; inertiæ oīo præstare in oī ope re? Vbi aūt hoc quoq; abnuissem: quærebas item arguti us: si quā hūisset orationem de præcipua iperatoris in dustria ad persuadendum exercitū? quod cū negassem oīo: rogabas me ad postremū: qua tandem ille doctri na diceret me scientia rei militaris ab sese institui? Cui cum respondere instruendi exercitus doctrina: risisti tu qdem: mihiq; unum quodq; cōferens enarrasti: cui exer citus īstructio utilitati, foret rei militari sine cōmeatu si ne bona ualitudie, sine scientia dictarum artium circa rē bellicā, sine oboediētia? Cumq; mihi ostēdisses nosse aciem īstruere breuem quādā esse partem rei militaris: ipseq; rogassem: siqd hoꝝ posses me docere: iussisti abe ūti mihi: ut cū his uiris dissererem: q militares hēntur: & ex iis quærere: qua ratione hæc singillatī fieret. Ex hoc igitur tēpore eoꝝ ego cōsuetudie usus sum: quos huius rei prudētissimos esse audiebā. Et de alimēto qdem sum psuasus id satis fore: q cyaxares nobis prebuerit. De bo na uero ualitudie: quod & audirē & uiderē etiā urbes, q bus bene ualere opus ēēt: medicos eligere: & duces mili tū gratia medicos educere: sic etiā ego posteaq̄ ī hac sū dignitate cōstitutus: cōtiuo huius hūi rei curā. Atq; exi stio eqdē mi pater me uiros hītuꝝ me cū: q artē medicā sa tis calleāt. Pater igitur ad hæc iqt: uerꝝ fili hi, quos tu di cis: quēadmodū amictuū fractoꝝ sunt resarciatores q dā: sic etiā medici, cum aliq ægrotarint: tū his medētur. Sed tua bōæ ualitudinis cura erit q̄ hoꝝ magni de cētior Nam ne initio ægrotet exercitus: tibi curandum est. Et qua ego

Medicorū cōparatio

qua ego uia o pater hoc agere satis queam? Siquo in loco diutius sis futurus: diligentia tibi est adhibenda primũ: ut castra in salubri loces: id quod nisi neglexeris: facile asse quaris: Et.n. dicere hoies assidue cõsuerũt: & q loci morbidi sunt &, qui salubres. his uero utrisq; certissima afferũt testimonia, tũ corpora, tum calores. Dein nõ satis est locos ipsos cõsyderare: sed meminisse etiã debes: qd ipse obseruas: ut bene ualeas. Et cyrus iqt: Primũ equidẽ operã do: ne unq̃ saturer. Id. n. difficile est & graue. Dei uero p laborẽ imissa cõsumo: Ita. n. mihi uideor & pseuerãtius bene ualere, & robustior effici. Ergo ita iqt tibi fili de aliis est curãdũ. Nũ iqt o pater. otiũ erit militibus ad exercẽda corpora? Minime pater respõdit: Nõ solũ. n. exerceri oportet, sed necessario exerceri: Nã exercitus scilicet opus est: si suo munere fũgi uelit: ut uacet nunq̃ aut nocere hostibus aut prodesse sibi. Permolestũ est profecto hominem unũ alere otiosũ. Multo etiã molestius totã domũ, sed oĩum ẽ molestissimũ uniuersũ exercitũ otiosũ alere. Nã & pluria sũt i exercitu: quæ uescuntur: & quæ a minimis incipiunt: & quæ iis, quæ ceperint: utãtur affluentissime. Itaq; exercitũ uacare nunq̃ decet. Dicis tu, cyrus iqt, o pater, ut mihi uideor intelligere: quemadmodum otiosus agricola est inutilis: ita imperatoris nullam esse utilitatem, si uacarit. Illum autem iperatorem ego inquit: admitto: qui nisi quis deus aduersetur: opera sua simul & commeatum militibus maxime redditurus: & corpora sit paraturus quamoptima. Sed ob meditationes rerum omnium bellicarum, ut mihi pater uidetur: si ludos aliquos pronũciauero singulis: ad præmia proposuero: eos reddã exercitatos q̃optie: ut ad singula cum opus fuerit: eis præsto utar. Pulcherrime

inquit

utilissimu est In ludis exercari milites

inquit: dicis fili. Hoc enim si feceris: certo scito milita ris te ordies semp spectaturũ ueluti choros cõuenieter suũ officiũ meditari. Atq ad reddẽdos milites alacris & strenuos nihil mihi uidetur satius inqt cyrusq̃ spẽ iniice re hoibus. Verũ cãbyses inqt o fili hoc huiusmõi ẽ: qua le siqs i uenatione canes hortetur semp eadẽ appellatiõe qua solet: ubi ferã aspicit: Nã primũ alacriter parent. Quod si eas fefellerit sæpius: ad postremũ neq quan do ferã uero ituens uocarit: ei obœdiũt. Ita etiã de spe accidit. Si qs freqũeter bonoꝝ expectatiões iniiciẽs fe fellerit: uir huiusmõi ne tũ qdẽ potest psuadere: cũ spẽ ueram attulerit. At nõ ea debet fili is dicere: quæ mi nus certo norit. Verum alii hæc quandoq dicendo perficiãt. Adhortationem autẽ suam in maxia picula seruet q̃fidelissime: opus ẽ. Dicis tu iquit cyrus medius fidius perpulchre, ac mihi ita iucũdius est. Haudquaq̃ mihi pater uideor impitus: quo pacto reddendi sunt mi lites obœdiẽtes: Nã & tu cõtinuo me expuero hoc doce bas: cũ tibiipsi primum parere cogebas: dein ubi magi stris me tradidisti: illi quoq idem hoc agebãt. Cũ uero essẽ i pubertate: princeps eiusdẽ rei uæhemẽtẽ hẽbat diligẽtiã. Atq leges itẽ plures. Hæc duo mihi uidentur maxĩe docere, & ipare & iperiũ pati. Itaq de his cogi tãs i oĩbus mihi uidere uideor obœdiẽtiã i exhortatione maxĩe cõsistere: quæ obœdiẽtẽ laudat: & honorat: iobe diẽtẽ uero ignominia suppliciõq afficit. ut necessitate adducti pareãt: fili hæc est uia. Sed quod hoc lõge meli us ẽ: ut ultro pareãt: alia ẽ uia cõpẽdiosior. Quem n. seipsis prudentiorẽ duxerit circa suam ipsorum utilita tẽ: huic hoĩes perlibenter obœdiunt. Ac noris hoc ita ha bere cũ i aliis multis tũ i ægrotis: quod alacriter eos uo cant: qui iussuri sunt faciunda: & in mari: quod gubernatoribus



spes ma xime in citat

coparatio

L

gubernatoribus qui una nauigant : audiunt : & quos ali qui putarint quam se melius uias nosse : ab iis tanquam ab harum peritissimis ducibus abesse nunquam uolunt. Cum uero si obediant : arbitrantur fore : ut mali quippiam capiant : neq; detrimentis admodum cedunt : neq; muneribus efferuntur : Nam ne dona quidem causa mali sui sponte quis accipit. Dicis tu inquit pater ad habēdos obœdientis milites nihil esse efficacius : q̄ ut dux subditis prudētior esse uideatur. Dico id sane. Et quopacto de se quisquam possit o pater talem opinionem celerrime præstare ? Non est inquit fili cōpēdiosior uia q̄ earū rerū quarū uideri uis prudēs : habere prudentiam. Quod si de his singillatim consyderes : facile cognoscas dici ab me uera : Nā si uideri uelis bonus agricola : q nō sis bonus : aut eques, aut medicus, aut tibicē, aut aliud q p piā : cogita : q, si tmachināda tibi quo uidearis talis. Quod si tuo psuasu & te multi laudēt : quo auctoritatē adipiscaris : & in eorū singulis bona ieceris fūdamenta : tū modo decipias : tū paulo postea, ubi de te periculū feceris : qualis sis : arguaris : tū ostētator præterea appareas. Sed de futura utilitate quo pacto qs prudēs uero fuerit ? Perspicuū est, iq̄t fili ea te discēdo assecuturū : quæcūq; potes p disciplinā cognoscere : quēadmodū istruere aciē didicisti. Quæcūq; uero neq; p disciplinā neq; p humanā prouidētiā prospici possūt : de hisce tu p uaticiniū deos cōsulēs, sis aliis prudētior : præsertim si q, noueris factu melius : curaueris : quonā id modo agēdū sit : Et enī curare, q, opus sit : prudētioris uiri est, q̄ negligere. Vt aūt qs ametur a subditis, id q, mihi uidetur esse maximū : eadē est ratio : quæ si qs aicis carus esse cupiat. Oporte re.n. puto : ut beneficium appareat. Sed hoc inquit fili difficile est : ut ī eos semp beneficiū cōferre qs possit

in quos

n quos uelit. At illud certe potest: ut una cũ iis laete
ur :qbus aliquid boni cõtigerit :& una tristetur: siqd
cciderit mali :& opẽ ferre alacriter studeat eoꝝ diffi
cultatibus :& præcaueat:neqd errẽt:& enitatur prouide
e :neqd itẽ decipiãtur:qbus ĩ rebus magis se quodã mõ
ociũ debet præstare. Atq; ĩ rebus gerẽ.iis, siqdẽ ĩ æsta
te fuerit :debet ĩpator tolerare plus solis:& id qdem
nõ occulte:ĩ hyeme uero plus frigoris:& ĩ laborãdo plus
laboris:hæc.n.oĩa cõducut ad amorẽ subditoꝝ. Dicis tu
quidem, iquit Cyrus:tolerãtiorem esse impatorem ad
oĩa oportere q̃ subditos? Ita plane. Confide fili:ac scito
similia corpora ĩpatoris ac priuati hoĩs iisdem labori
bus nõ similiter affici. honos.n. labores ĩperatori leuiores
efficit:præsertĩ quod ĩtelligit ĩ hominũ esse oculis:qdqd
faciat. Sed ubi habuerit milites cõmeatũ: iidemq; bene
ualeãt:& labores pferre possit:sitq; bellicis artibus exerci
tati:cupiãtq; uiri apparere fortissimi:libẽtiusq; obire ĩm
pata uelit q̃ detrectare :nõne qs tibi pater sapere uidea
tur:si uoluerit q̃celerrime cũ hostibus manũ cõserere?
Ita inqt mehercule, si meliorẽ cõdicioẽm sit hiturus. Sin
id minus : quo me censebo meliorem & meos item me
liores : eo cauebo magis: queadmodũ aliis ĩ rebus : quas
nobis plurimi ducimus:has oportũe ac tuto facere stu
demus. Meliorem hẽre pater cõdicionẽ q̃ hostes q po
sit qs maxime. Non minimum inquit fili mediusfidius,
neq; simplex opus ĩterrogas. At noris, q hoc facturus
sit :& insidiatorẽ esse oportere, & dissimulatorem, & do
losum, & deceptorem, & furem, & raptorẽ, & omni in
re hostibus præualere. Et cyrus arridens inquit: o her
cules qualem me patere uiruꝝ esse dicis oportere: Qua
lis inqt fili & iustissimus sis & legum uir obseruantissi
mus. Quomodo tamen inquit , cum puericiam
pubertatemq;

L

pubertatemq; ageremus:his contraria docebatis? Ita inquit per Iouem. Et eadem nūc quoq; erga amicos ac ciuis. Sed ut hostis male afficere possitis: an ignoras didicisse uos maleficia permulta? Ignoro equidem pater. Quamobrem īquit: discebatis sagiptare? Quam obrē iaculari? Quāobrē in seruitutem agere sues agrestis & ræstibus & foueis? Cur ceruas pedicis & laqueis? Quid autē? Nōne aduersus leones, & ursos, & pardas ex æquo constituti pugnabatis? Sed cū meliore condicione quadam semper studebatis aduersus eas bæstias certare. An hæc omnia minus nosti & maleficia esse & deceptiones, & dolos, & auiditates? Ita inquit medius fidius, quo ad bæstias quidem: Quod si uisus forē uelle decipere quenq̄ hominem: multis ueberibus cæsus essem: Neq; enim sagipta inquit pater: neq; iaculo hominem ferre permittebamus uobis sed ad calcē propositam iacere docebamus. Et ne nunc quidem, ut in amicos utamini maleficio: hortamur. Quod siquando bello utendum foret: possetis & in homines ictum dirigere. Atque decipere, & auidius habere non aduersus homines uos erudiebamus, sed in bæstias: quo ne in his qdē amicis noceretis. Verꝝ si quando belli gerandū esset: neque harum rerum exercitatio uos lateret. Si ergo inquit pater conducit horum utrorunque scientia & beneficiorum & maleficiorum: hæc quoque docenda fuerant aduersus homines. At dicitur fili fuisse olim apud maiores nostros uirum quendam magistrum puerorum: qui pueros iusticiam docebat: queadmodum etiā ipse iubes: nō mētiri & mētiri & non decipere & decipere. & nō calūniari & calūniari: & nolle plus habere & uelle plus habere. Definiebat etiam: quæ horū erga amicos faciunda essent: & quae aduersus inimicos. At

hanc

q̃ue in hanc sententiã docebat iustum esse amicos falle re, uidelicet propter bonam :& furari amicorum bona propter bonum. Qui uero hæc docebat: necesse erat: pueros inuicẽ exerceret ad hæc faciunda: quemadmo dum dicuntur græci docere pueros in luctatiõe decipe: eosq; exercere inter sese: q facere hoc possint. Cum er go aliqui ita essent ingeniosi & ad bene decipiendum & ad plus habendum: fortassis etiam non obtusi ad lucran di studium: ii ne ab amicis quidem abstinebant: quo minus temptarent ab illis locupletari. Quamobrem ex his manauit lex: qua hoc etiam tempore utimur: sim pliciter pueros docendos esse, quemadmodum erga nos ipsos erudimus famulos: uerum dicere & non decipere, neq; hẽndi auiditati studere: Quos si secus egerit, sup plitio afficimus: quo assuefacti huiusmodi consuetudi ne, ciues reddantur mitiores. Sed ubi habuerint ætatem: qua nunc iam ipse es: etiã quæ aduersus hostes iura ser uanda sunt: securum uisum est docere: Non enim am plius uidemini incitari: qui ciues immanes efficiamini: cũ ad mutuum pudorem sitis educati: Sicuti de rebus ue nereis uerba nõ facimus admodum ad iuuenes ne addi ta ad uæhementem libidinem desidia, ea iuuenes utãtur immoderate. Mediusfidius, inquit cyrus: me igitur ꝑ inde ac tardum ad discendum siquid habes pater hanc auiditatum: docere ne parcito: quo ipse plus habeam, quam hostes. Molire igitur pro ea quanta tibi est aci es instructa: adoriri hostes imparatos: & armatus iner mes, & uigilans dormientis, & apparentis improuisus. Et qui in locorum difficultate sint: tu eos tuto in loco ex cipito. Et quomodo inqt pater in istiusmodi erratis ho stes depræhẽdãtur? Quoniã, inqt: fili multã huiusmõi occasionẽ necesse ẽ & a uobis & ab hostibus præberi.



Necessario

Neceſſario utrique frumẽtatũ itis ,utriq; cubatis,& ma
ne ad res neceſſarias fere una oẽs, ſecedere oportet: &
uis qualeſcunq; ſit:neceſſe ẽ uos uti. Quæ oĩa tibi uo
lutãda ſũt aio.Et qua in re noueris uos eſſe maxime im
becillos:hæc tibi maxĩe eſt cauẽda.In qua uero ſenſeris
hoſtes ẽẽ captu facillimos:ĩ hac eos potiſſimũ adorire.
Vtrũ,inqt cyrus:ĩ his ſolũ ſtudendũ ẽ:ut ſimus ſupiores:
an etiã ĩ aliis qbuſdã? Et ĩ aliis longe magis, inquit :fili:
Nam in his prope omnes faciunt cuſtodias acerrimas:
qppe qui norũt ẽẽ neceſſarias.Qui aũt hoſtis decipi
ũt:poſſũt eos tũ iniecta fiducia,ĩcautos offẽdere:tũ fugã
di ſui facultate tradita,reddere turbatos:tũ ſimulata fu
ga ĩ locos difficilis ſubducere hicq; adoriri. Eſt igitur in
qt opus,ubi hæc oĩa ſtudioſe didiceris:nõ his ſolũ utaris
ſed tuo quoq; igẽio alia aduerſus hoſtis moliare:quẽ ad
modũ muſici nõ his utũtur dũtaxat:quos didicere:ſed a
lios nouos modulos facere ſtudẽt. Ac ſicuti ĩ muſicis
quoq; noua & florida hẽntur plurimũ ĩ pretio:ſic in re
bus bellicis noua ĩuẽta exiſtimãtur lõge illuſtriora quõi
am hæc magis queũt hoſtis decipe. Quod ſi tu fili uel
aliud nihil ad hoĩes trãſferas,quã ea ĩuẽta:quæ pp bæ
ſtiolas excogitabas:nõ putes admodũ meliore ẽẽ cõdici
one aduerſus hoſtis? Tu.n.ad capiũdas auis ĩ uæhemẽtiſ
ſima ſurgens hyeme ibas noctu.& prius q̃ mouerentur
aues:iis pagellas ob hãc rẽ figebas:& quẽ locũ moueras
erat ĩmoto pſimilis.Erãtq; aues quædam abſte edoctæ:
quæ et utilia tibi ſuppeditarẽt:& eiuſdẽ generis auis de
ciperẽt.Ipſe uero ita eras ĩ iſidiis locatus:ut auis aſpice
res:nec aſpicereris ab auibus. Nũ te exercueras:ut aſſe
quereris auis pagellarũ tractu an ut fugere eas ſieres?
Aduerſus leporẽ uero,quoniã ĩ tenebris paſcitur: diẽ
autẽ uitat:cães alebas:quæ odoratu eũ ĩuẽirent. Et q ce-
leriter

leriter fugeret: ubi esset inuētus: alias habebas canes: quæ erāt eruditæ ad eū itercipiēdū. Quod si ab iis etiā euasisset: cognito leporꝝ trāsitu ac saltu: & ad quos locos fugiētes a uenatoribus capiūtur: Hic casses uisu difficilis tetēdisses: quo i uæhementi cursu ipse seipsū incidēs cōuinciret. Quo aūt neq; hic diffugeret: eius rei speculatores constituebas: qui ex propinquo loco euestigio superuenirent: atq; ipse tu a tergo clamore obstrepens cōtinuo ita leporem exterrebas: ut stupidus caperetur. Qui uero anterius erāt isidiis: hos tu silentium edoctos obseruare, latere faciebas: Quēadmodū igitur ante dixi: si res huiusmōi uelles etiā aduersus homines ipsos excogitare ac moliri: nescio eqdē: siqd rerꝝ bellicarꝝ prætermitteres. Si quādo igitur necesse fuerit & in campestri planicie & apto marte & armatis utrisq; manū cōserere: ihuiusmodi casu fili cōdiciōes quæ paratæ meliores fuerint: plurimū possunt. Has aūt esse dico: si & milites bene fuerit exercitati corporibus, & aīs bene excitati atque arces redditi, & meditationibus bellicarꝝ artiū bene ītructi. Hoc te præterea q̄optie oportet nosse, qcunq; ipse duxeris dignum: ut tibi pareāt: eos oīs dignū iudicaturos: ut talis sis: qui præcipue sibi consulas. Nunquam igitur temere tibi habendum est: quin antea noctu cōsyderes: quid subditos facere oporteat: cum dies aduenerit: interdiu uero: quomodo res nocturnae ꝑpulchre sint ordinandæ: & quo pacto sit instruendus ad pugnam exercitus. aut quomodo interdiu ducēdus sit, quomodo noctu, uel angustis uel latis itineribus, uel montuosis uel campestribus. Aut qui sit castramoetandum. Aut quomodo nocturnæ excubiæ diurnæue custodiæ sint cōstituēdæ. Aut quopacto sit uel adigēdus aduersus hostes miles uel ab hostibus abigēdus. Aut qua

ratione

ratione aduersus hostilẽ urbẽ oporteat exercitũ ducere. Aut quopacto is ad mu℞ ducẽdus sit. aut ide abducẽdus: aut quomõ uel p nemora sit uel p flumia trãseũdũ. aut qua itẽ ratiõe tuẽdus sit eqtatus. aut qua uia iaculatores sint sagiptariiue custodiẽdi. Siq; ubi tu℞ exercitũ ducas in cornu: hostes supuenerit: ut is cõtra sit dispõnẽdus. Quod si ubi illũ agas i phalãge: ex alio quopiã loco hostes ap pareãt q̃ ad faciẽ: qua sit rõe illis occurrẽdum: quo aut quæ gerũtur ab hostibus: qs maxie sentiat: aut res tuas minie hostes sciant. hæc aũt oia qd tibi dicãtẽ opus? Nã quæcunq; ipse teneã. psæpe audisti: præsertim quod siqs ho℞ aliqd scire uideretur: eo℞ nihil neq; neglexeris: neq; minus didiceris. Oportet igitur, cum aliqua huius modi acciderint: his uti præceptis: quæcunq; tibi condu cere uideantur. Disce præterea uel in primis hæc ab me fili: Nam præter sacrificia & auguria neq; solus, neq; cũ exercitu ullũ discrimẽ adeas, animo uolutans so lere hoies res gerendas eligere coniectatione potius: q̃ quod norit: a quibus ipsarum re℞ bona futura sit. Ve℞ scias ea esse ab his: quæ eueniũt. Multi. n. psuaserũt ciui tatibus, & ii quidẽ, q sapientissimi uidẽtur: aduersus hos bellum suscipe: quorum eæ usæ psuasionibus piere. Mul ti etiam auxere multos & priuatos hoies & respublicas: quo℞ ãplificatio iis maxia attulit mala. Multi quoq; his, qbus poterant amicis uti p mutua beneficia: cũ maluis sent seruis uti q̃ amicis: his ipsis dedere poenas. Mul ti item non contenti ea uitae parte, quæ in uoluptate ẽ posita: cũ uoluissent oium esse domini: propterea ami serũt etiã: quæ hẽbãt. Multi quoq; ubi diuitias, quas ma xie optabãt: adepti essẽt: propter illas pierũt: Et ita hu mana sapiẽtia nihilo magis nouit expetere sũmũ bonũ: q̃ si qs hoc agat: q ei sorte tributũ est: Sciũt. n. carissie fili

fili dii i mortales oia & præterita, & præsētia: & quæ sūt ex iis singillati euētura. Cōsulētibusq; hoibus, dii ipsi q buscunq; sit propitii: ante significāt quæq; faciūda sūt: quæq; nō faciūda. Quod si mius oibus hoibus cōsulere dii uolūt: nihil est mirādū? Non eni coguntur necessitate ea curare: quæ nolint.

XENOPHONTIS DE CYRI PAEDIA LIBER SECVNDVS.

c um talia differentes ad fines usque Persidis uenisset: essetq; iis aqla dextera apparens itineris dux facta: deos heroasque precati terrā colētis persida: ut se propitii mitterent ac mites: ita fines superarūt. His uero superatis cū rursus orationē habuissent ad deos: qui mediā hitant: ut se propitii mitesq; exciperēt: mutua se caritate pro dignitate cōplexi, pater cābyses reuertit i persas: Cyrus filius i Medos ad Cyaxarē proficiscitur: Quo cū uenisset: primum ut par erat: se inuicē amice cōplexi sunt. dein rogabat cyrū cyaxares: quantum agmen duceret? Cui respōdit Cyrus uigintimillia a sese duci: q & ātea ad uos ierāt stipēdio cō ducti. Alii etiā q nunq̄ egressi sūt præter hos ueniūt ex ordie optimatiū. Hi quot sūt inqt cyaxares? Numerus inquit Cyrus si audieris: sit tibi minime iucundus. Sed illud cogitato: quod pauci optimates qui ab honoris paritate homotimi uocantur: facile i alios persas, qui sunt permulti: imperium gerūt. Verū nū tibi iis opus est? an frustra timuisti? Hostesne fortasse non ueniunt? Veniunt inquit certe, & multi quidem. Qui hoc nosti? Quoniam inquit multi qui inde ueniunt: alius

L.

alius alio modo, omnes tamen idem dicunt. Certandum est igitur nobis aduersus uiros? Est, n, inquit necessarium. Quid igitur inqt Cyrus: nōdum uires dixisti mihi: quantæ sint adorientiū hostiū, ac itē nostræ: quo ābabus cognitis ad hæc nos cōsultemus: ut certamus optie? Accipe igitur inquit Cyaxares. Croesus qdē lydus ducere fertur secum eqtes decemmillia, scutatos uero atq; sagiptarios pluris quadragita millibus. Sed Artaman, q magnæ Phrygiæ est princeps: aiūt ducere eqtes ad octomillia, hastatos aūt simul cū scutatis non paucioris q̃ quadragnta millia. Ariebæū aūt capadocū regē eqtes ducere sexmillia, sagiptarios uero, & scutatos non paucioris trigita millibus. At maragdū araba & equites ducere ferūt ad decemmillia, & currus centum & funditores magno quodā numero. Atq græci qui hitant ī asia: nōdum certo dicitur: an sequūtur. Sed q sūt ex phrygia que hellespōto adiacet: eos cōmisceri tradūt gabæo: q hēt ad Caystriū cāpum sexmillia eqtes & scutatos ad decēmillia. Garas qdē ac cilicas & paphlagōas uel rogatos minime aiūt sequi. At asyrius q habet & babylona & aliā asyriam: ut existimo: ducet eqtes nō paucioris q̃ uigitimillia, currus, id quod certo scio: nō pluris q̃ ducētos, pedites uero ut arbitror: permultos: Ita. n. cōsueuit: cū huc impetū facit. Tu inqt cyrus hostes ēē dicis eqtes sexagintamillia scutatos aūt & sagiptarios plus q̃ ducēta millia. Age nūc exercitū tuum quantum esse dicis? Sunt inquit medi, equites quidem supra decemmillia. Scutati uero et sagiptarii fiant in nostro scilicet regno saltē sexagītamillia. Ex armēiis uero, qui finitimi nobis sunt: eqtes aderūt quattuor millia, pedites uigintimillia. Dicis tu inquit cyrus equites nobis esse minus quam tertiam ptem hostium eqtatus, pedites uero circiter dimidiū. Quid igitur

inquit

inquit cyaxares: nō paucos esse putas persaꝝ pedites: quos ais ducere? Si uiris inquit Cyrus nobis etiā opus ert. siue non est: rursus cōsultabimus. Verū pugnā mihi dicito: quæ est cuiusqꝫ. Fere inquit Cyaxares eadem est oium. Sagiptarii.n.sunt ac iaculatores & illoꝝ & nostri. Ergo in armis huiusmodi inqt Cyrus: opus est uti ferētarioꝝ dimicatiōe. Necessario.n.inqt cyaxares. In hac igitur re plurimū est uictoria. Lōge.n.celerius pauci a multis uulnerati absumātur q̃ a paucis multi. Si ergo ita res hēt cyre: quid aliud quis inueniat melius, q̃ mittere i persas, unaqꝫ docere, siquid mali medi patiantur: fore: ut i psas clades eat: simulqꝫ maioris copias petere? At hoc, uelim: scias: cyrus inquit: Neqꝫ, si omnes ueniāt psæ: possimus hostis multitudie excedere. Num hac re aliud q̄cquā melius ītueris? Eqdē inqt cyrus, si facultas sit: arma facerē q̃primū persis omibus aduenietibus: qualia his sūt ueterāis: q a nobis uocātur homotimi. Hæc aūt sunt circa pectus thorax, & cratis in læua manu, & mucro aut securis in manu dextra. Si hæc nobis paraueris: facies: ut & ipsi securius obuiam eamus aduersus hostis: & hostes fugere quam manere magis expectant. Instruimus autem nos ipsos aduersus illos: qui manserit. uobis uero equitibusqꝫ uestris illos tribuimus: quicunqꝫ ex iis fugerit: quo neqꝫ manēdi neqꝫ reuertēdi facultatē habeant. Cum Cyrus ita dixisset: essetque cyaxari uasum eum bene dicere: de pluribus accersēdis militibus nullam amplius mentionem faciebat: sed antedicta psrabat arma: quæ prope parata erant: cum iam adessent persarum homotimi: qui persicum habebant agmen. Hic igitur Cyrus iis uocatis in concionem ita locutus traditur. Ego uos intuens uiri amicissimi ita instructos armis, & animis paratos ad manum cum hostibus

L

hostibus conserendam : cognoscens etiam persas , qui uos sequuntur :ita esse armatos : tanq̃ ad pugnam maxime propinquam sint collocati : uereor : ne pauci atq; nudi sociis congredientes cum hostium multitudine aduersi quippiam patiamini . Nunc igitur cum ueneritis habentes proborum uirorum corpora : & sociis arma futura sint nostris similia : uestrũ opus erit eorum animos acuere ad pugnamq; fortis reddere . Decet .n. principem non se bonum præstare dumtaxat : uerum etiam pro subditis diligentiam gerere : ut quão ptimi sĩt futuri . Cyrus ita locutus est . At ii omnes lætati sunt : cum putarent sibi esse cum maiore multitudine dimicandum : quorũ unus huiusmodi uerba habuit . At ego absurdã fortassis hẽre uidebor orationẽ: si Cyro cõsuluero : ut pro nobis aliqua uerba faciat : cũ hi arma ceperit : qui nobiscũ una ĩ pugnã socii sunt ituri. Eniuero cognoscere mihi uideor eorũ orationes ,q plurimũ ualẽt & ad bene & ad male agendũ : has maxime reddere auditores persuasos :siq; a talibus dẽtur dona:quãq̃ etiã minora sũt q̃ ea:quæ a sui similibus uiris dãtur:ea tamen pluris æstimãt:q accipiũt. Et nũc iqt astãtes persæ maiore cum uoluptate Cyri ad hortationem quam nostram excipient . Et in homotimorum ordinem constituti hoc sibi munus certius ducent : si & a regis filio & ab imperatore collatum fuerit : quam si a nobis idem hoc fiat . Quanq̃ ne nostræ quidem adhortationes abesse debent : omni tamen modo uirorũ aĩositas acuẽda ẽ oĩo. Nobis enim hoc conducet:quocunq; hi meliores fiant . Vbi ergo cyrus ita in medium arma posuisset atque oĩs persarũ milites conuocasset:huiusmodi orationẽ habuit: Vos uiri psæ ut & ĩ eodẽ estis,ubi nos:orti solo atq; enutriti : & corpora nihilo quã nos , habetis deteriora :ita

& animos

2

& animos uestros nihilo ēē conuenit nostris humilioris. Cū tales aūt estis: nō tamē i patria iisdē qbus nos, honoribus fūgebamini: & ne id qde: quod p nos essetis expulsi sed q a necesse foret: uobis necessaria pararetis. Nūc uero ut hæc sitis habituri: mihi cū diuia beignitate erit curæ. Licet aūt uobis si libuerit: acceptis armis, qualia nobis sūt: & siqd estis q̄ nos iferiores: idē nobiscū obire piculum: & siqd præclari ac boni ex hisce euenerit: æque atque nos ipsos honorari. Superiore tēpore & uos sagiptarii iaculatoresq; eratis, & nos itē. Ac siquid eratis quam nos, ad hæc faciunda deteriores: nihil mirādum: Non.n.erat uobis ut nobis otium circa horum diligentiam. In hoc autem armorum genere uobis nihilo praestabimus. Thorax erit circa pectus accōmodatus cuique. Et eratis i manu læua: q̄ omnes gerere cōsueuimus. Gladius aūt uel securis in manu dextera: quibus qdem ipsis ut percutiamus aduersarios: opus erit: minime cauentes: ne qd pcutiēdo aberremus. Quid igitur i his alter nostrū alteri præstiterit, præter q̄ audētia: qua non mius uos uti decet, q̄ nosipsos? Appetere.n. uictoriam, quæ præclaras res oīs atq; optias & adipiscitur: & tuetur: qd nobis magis q̄ uobis conuēit? Et imperio, quod eorum, qui uicti sunt: oīa uictoribus elargitur: quid nobis magis opus est quam uobis? Ad postremum ait: Audistis omnia. Aspicite arma. & hæc qui eget: capiat. describaturq; apud ordinis cēturionē i similē ordinē: quo descripti nos sumus. Cui aūt satis est in mercēnarii loco esse: māeat inter ministrandi arma. Cyrus ita locutus est. Quibus auditis, Persæ putauerunt fore: ut iure in omne æuum uitam per inopiam agerent: si exhortati ad similem laborē, quo eadē ipsi præmia cōsequerentur: facere id noluerint. Ita igitur describuntur oēs

tur omnes ,& arma omnes acceperūt. In quo uero tempore aduētare hostes dicebātur: ac nondum aderāt: interim enitebatur Cyrus ad uires suorum corpora exercere, docereq́ʒ ordinādos milites, & ad res bellicas aīos acuere. Quare acceptis primū a cyaxare ministris, iis impauit: ut abūde singulis militibus oīa præberēt effecta: qbus foret illis opus. Hoc aūt cū parasset: eis reliqt aliud agēdū nihil q̄ res bellicas exercere. Illud arbitratus didicisse hos circa sigula ēē optios: q parcētes rebus pluribus mentē adhibere, circa unū uersarētur opus. Quare ex ipsis rebus bellicis sagiptæ ac iaculi meditatiōe sublata, hoc solū eis reliqt: ut cū gladio crateq́ʒ & thorace pugnarent: Quo factū ē: ut cōtīuo paratis eos redderet anīs: q aut irent obuiā hostibus, aut cōcederēt se pro nihilo ēē hēndos socios. Hoc aūt molestū ē iis cōcedere: qui norīt se ob aliud nihil ali: q̄ ut pro alētibus sint pugnaturi. Ad hæc itē cū cogitasset hæc hoīes lōge malle exercere: quoꝝ gratia lites cōtētionesq́ʒ oriūtur: & iis ludos pronūciauit oīum reꝝ: quascūq́ʒ a militibus exerceri cognouit utile ēē factu: & hæc pronūciauit: ut homo priuatus pricipibus se præstraet obœdientē, & laboris cupidum & qiculi studiosū cum modestia, & gnarum rerum militarium & in armis elegantem, & in omnibus huiusmōi rebus ambitiosum, Quincurioni uero se talem exhiberet: qualem bonū decet priuatum, & talem quoad eius fieri potest: qncuriam præstaret. & decurioni itidē decuriā. & primipilo manipulum, & ordinis centurioni eodem modo se præberet, nulli culpæ obnoxium circa eorum principum diligentiam: qui sub illo sunt: quo illi rursus præstarent: ut ii quibus praesunt: suo fungerentur oflicio. Praemia etiam declarauit ordinum centurionibus eos, q uisi forent parasse ordīes optime:

tribunos

tribūos futuros, & primipilis, qui uisi essent optimos reddidisse manipulos: eos ascenturos in cēturionum ordinū locos, & optios decuriōes i primipilos cōstituēdos. ac itē qncuriones optimos i decurionē locos constitutū iri. Qui uero inter priuatos excelluissent: in quincurionū locos ascensuros. Existebat aūt oībus his principibus primū: ut a subditis colerētur. Dein alii quoq; honores cōueniētes cōsequebātur. Et aliæ quædā spes maiores uiris dignis accumulabantur, ac laudes: siqd maioris boni in uenturo apparuerit tempore. Pronūciauit etiā præmia uictoriæ & ordinibus totis, & māipulis totis, & eodē mō decuriis, & qncuriis: si uisæ fuerit tū suis præsidibus maxīe parere, tum ea, quæ antea sunt dicta: alacriter exercere. Erāt autem ea præmia iis proposita: qualia in multitudinē decent. Hæc igitur & pronūciabantur: & ab exercitu exercebantur. Tabernacula uero parauit iis cyrus tū multitudie pro numero centurionū ordinū tum magnitudine pro sufficientia ordinis. Erat ordo quilibet centum uiri. Ita igitur pro ordinibus erant in tabernaculis. Quod aūt simul essent in tabernaculis: uidebātur ii cyro hāc utilitatē consequi ad futurū certamen: quod inuicē se aspicerēt identidem alii: neque ea inesset excusatio: quod propterea alius alio sit aduersus hostis timidior: quoniam minus bene tractetur. Videbantur etiam iuuari: quod simul habitantes, se inuicē cognoscerēt: at ī mutua noticia inascitur magis oībus ueerecūdia. Qui aūt ignorātur: uidētur procliuiores quodāmodo ad desidiā: tanq̄ uersētur ītenebris. Videbantur etiam Cyro maximam consequi utilitatem ad ordines diligenter exquirendos propter contuberniu. Habebant enim & ordinum centuriones sub sese ordines ornatos: quādo singillatī ordo proficisceretur

& pri

& primipuli manipulos eodemmodo, & decuriones decurias, & quincuriones quincurias. Constituere autem ordines: diligenter uisum est ei plurimum conducere & ad non turbandum, & ut celerius restituerentur: si turbati essent: ueluti & lapides & ligna si copulari oporteat: ea, utrunq; prostrata fuerint: facillime coaptantur: si manifestas hēant notas ex quo sit loco ipsorum quodque. Quod simul alerentur: uidebantur ei etiam utiliter agere: ut minus inuicē se desererent: quod intuerentur bæstias quoq; simul enutritas incredibili duci sociaꝝ desyderio: siqs eas ab inuicē distraheret. Vtebatur præterea cyrus hac diligentia: ut nunq̄ nisi prius sudassent: ad prandiū cænamq; itroiret. Aut. n. ad uenationē educendo ut sudarent: faciebat: aut ludos talis excogitabat: qui sudorē essent præbituri: aut etiā siqd eū agere oporteret: ita ducē se præstabat ad rē gerendā: ut sine sudore nō redirēt: Hoc. n. sciebat ad suauiter etiā uescendū ēē bonum, & ad bonā ualitudinē & ad laborē sustinendū. Præterea existimabat labores cōducere: ut forēt inuicē māsueti magis: quod & equi inuicē laborātes māsuetius simul stare cōsuerūt. Atque aduersus hostes elatiore sūt aīo: q̄ bonæ exercitationis sibi ipsis cōscii sūt. At sibi cyrus tabernaculū id parauit: quod satis iis foret: quos iuitaret ad cænā. Inuitabat aūt freq̄uēter cēturiōes ordinū: quibus tēpus datū esset opportunū. Interdū & pripilos, & decuriōes quosdam qncuriōesq; iuitabat. Interdū uero & qncuriā totā, & totā decuriā, & totū manipulū & ordinē totū: Quādoq; etiam milites quosdam. Inuitabat præterea: atq; honorabat: cū aliquos uideret: q̄ huiusmodi qddā fecisset: q̄ eos facere uolebat. Quæ autem apponerētur in mēsā: paria erant semper & ipsi & inuitatis ad cænam. Et

ministris

ministris exercitus æqualē portionē semp faciebat escu
lentorum omnium. Nihilo enim minus militū ministri
ei honorandi uidebantur quam caduceatores quā orato
res: et.n. fidelis putabat hos esse oportere, & pitos rerū
militariū, & calidos, insup & uæhemētis & celleris & ipi
gros & moderatos. Ad hæc intelligebat Cyrus esse oia
& tenēda & exercēda ministris: quæ hēntur ab his: q opti
mi ducūtur: quo nullū ū opus recusēt facere: sed putēt
oia esse ab se gerēda: quæcunq; sunt a principe impera
ta. Et eam sane diligentiā semp cyrus adhibebat: cum es
set una cum suis in tabernaculo: ut & iucundissimi si
mul sermones inicerentur: & qui ad bonas actiones
incitarent. Itaque deuenit olim in hunc sermonem.
Num inquit o uiri amicissimi ob hanc rem uidentur
cæteri homines esse aliqua ex parte nobis inferiores:
quod non eodem sunt modo instituti: quo ipsi sumus?
an a nobis nihil differunt neque in congressibus: neq;
ubi cum hostibus sit certandum? Et hystaspas excepit
inquiens: At cuiusmodi uiri in hostis futuri sunt: e
quidem non intelligo: Nam in cōuictu difficiles medius
fidius aliqui eorum uidentur ac morosi. Misit nuper
Cyaxares hostiarum carnis in ordines singulos. Eratq;
carnium frusta cuiq; nostrū tria aut etiā plura: quæ cir
cūferebātur. Atq; a me pricipiū coquus fecit primū cir
cūferēs obsoniū. Cū uero secūdū circuiret obsoniū illa
turus: iussi: ab ultio pricipiū faceret: retroq; circūferret
Exclamis igitur qspiā ex iis militibus, q i medio circulo
discūbebāt: p Ioue, inqt: hoꝶ nihil ē æquale: siqdem a no
bis, qui sumus in medio: nemo unq̄ incipiet: Quibus au
ditis, ego profecto turbatus sum: siqd illi mius hēre ui
derētur: eumq; continuo ad me uocaui. hic autem pmo
deste paruit: Verum ut ea, quæ circunferebantur: ad
nos ue

nos uenere, tanquam, ut arbitror: ultimos ea sumẽtes: mi
nima relicta erant frustra. hic ille maĩfesto admodũ tri
status est: dixitq; ad seipsum in malam fortunam, quod
huc inuitatus uenerim: ad quẽ ego dixi: ne cura, rursus
a nobis confestim incipite: & tu primus maximum capi
es frustum. Interimq; circũferebatur tertium id quod
erat reliquum. atq; cepit ille: cui cũ uisum esset exigu-
um cepisse obsonium: quod ceperat: posuit, tanq̃ alterũ
sumpturus: cũ illum coquus arbitratus nihilo amplius e
gere obsonio, abiens circũferebat prius: q̃ ille alterꝝ su
meret. Hic aũt grauiter adeo rẽ tulit: ut cõsumeretur ei:
quod cepisset obsoniũ. Quod aũt adhuc ĩtictiõis ei reli
quũ erat: hoc qa esset aĩo quodãmõ ꝑturbato, fortũae
que iratus: ita male affectus euertit: primipilus aũt qui
nos proxĩe discumbebat: rẽ ĩtutus manus ĩuicẽ cõplosit.
ridensq; lætabatur. At ego tuxire simulabam: quippe
qui neque risum poteram continere. Talem igitur
tibi Cyre unum ex sodalibus demonstro. Ad hoc igi
tur, ut par erat: riserunt omnes. Alius uero quidam
ex ordinum cẽturionibus huic, inquit: Cyre, ut uidetur:
accidit ita difficulter. ego aũt, ut tu nobis edoctis ordi
nes misisti: iussistique: ut quisque suum doceret ordi
nem ea: quæ abs te didicimus: ita igitur ipse quem
admodum etiam alii faciebant: ubi uenissem: u-
num manipulum docebam: Et ubi statuissem pri
mipilum primum: ordinassemque post eum uege-
tum quendam iuuenem & alios: ubi opus esse existima
bam: dein stans ex anteriore parte in manipulum re
spicerem: ubi mihi uisum est tempus esse: iussi procede
ret: & uegetus ille uir: tuus procedens prior quam
Primipilus proficiscebatur: quod ego intutus, di-
xi: homo quid facis? & ille inquit: procedo: ut
ipse

ipse iubes: cui respondi: at ego nō te solū, sed oīs proce
dere iubebā. Id ille audiēs ad manipulares cōuersus ait
Nō auditis impantē procedere nos oīs? Et uiri illi omēs
prætereūtes primipilū ierunt ad me. Sed ubi Primipi
lus eos reduxisset in locū: stomachabatur dicentes: utri
parēdum sit? Nūc. n. alter iubet nos procedere: alter ue
tat. Et ego hæc aequo animo ferēs, eos rursus disposui
cōfestim: iubēs: neqꝫ ex posterioribus moueretur prius
q̄ anterior duceret: sed hoc solum oēs aspicerēt seq āte
riorem. Cum uero qs in persas abiens uenisset ad me: q
sibi epistolā dari peteret: quā ad meos scripseram: &
ego, quoniam Primipilus sciret: ubi posita ea foret:
iussissem ei: ut curreret: epistolam ferret: ille qui
dem currebat: iuuenis uero ille habitior primipilum
sequebatur una cū thorace & mucrone. Atqꝫ alius uni
uersus manipulus illum intutus una currebant: uenerūt
que uiri illi ferētes epistolā. Ita iquit ille meus manipu
lus curat diligenter omnia pro iussu tuo. Atqꝫ alii qdē
merito ridebant: quod armati ferrēt epistolam. Cyrus
uero inqt o Iupiter optime maxime cælitesqꝫ oēs cuius
mōi uiros socios hēmus: q usqꝫ adeo sūt cultu faciles: ut
minimo etiā obsonio magnus impiū numerus ī amiciciā
queat īduci: ita aūt sūt obediētes: ut ātea pareāt: q̄ iperata
cognorīt. Eqdē nescio: q magis optādi sūt q̄ huiusmōi mi
lites. Cyrus qdē ita milites laudauit. Erat ēt ī tabernacu-
lo unus ex ordinū cēturiōibus aglaitadas noīe, uir mori
bus seuerissiūs: q ita quodāmodo ē locutus: Quid. n. in
qt: putasne cyre hosce uero hæc dicere? Sed qd uolunt:
inqt cyrus: quapropter mentiantur? Quid aliud inquit:
nisi ut risum moueant: cuius rei gratia hæc loquntur:
& sese ostentant. Atqꝫ cyrus inquit: bona uerba: quæso
noli hos dicere ostētatores: ostētator. n. nomē, mihi uide ostentatores
tur esse

tur esse propter eos positum:qui simulant & ditioris
se esse, quam sunt, & fortioris, & qui pollicentur ea se
facturos:quæ nequeũt. præsertim cũ manifestũ sit hæc
ab his, fieri accipiendi aliquid ac lucrandi gratia. Sed q
risum conuiuis moliuntur neq; propter ipsorum lucrũ,
neq; propter audientium detrimentum:neq; ut noceant
cuiquam prorsus: quare hi minus urbani ac faceti iu
re nominentur, quam ostentatores? Et Cyrus quidem
ita respondit de his:qui risum præbent. ipse autem ordi
nis centurio qui narrarat maipuli ridiculũ:inqt: Siqdẽ
aglaitada flætũ facere studereus:nos admodũ repræhẽ
deres:quẽadmodũ aliq etiã ĩ carminibus & ĩ oratioĩbus
miserabilia quædã scribẽtes lachrymas nitũtur ĩducere:
quando quidem nunc ipse quoque intelligens uelle nos
quadam læticia te afficere, nocere autem minime: nos
tamen magnæ ignominiæ tibi ducis. Ita est mediusfidi
us inquit aglaitadas. ac iure id quidem: Nam qui ami
cos ad risum mouet: uidetur is mihi sane rem efficere
minoris æstimandam:quam qui eos multis in rebus ad
flætum inducit. Quare ipse nunc si recte consyderes:
uera a me dici reperies. Et parentes quidem reddunt
filios flætibus temperantis, & magistri pueros bene e
ruditos. Ac leges ad iusticiam ciuis impellunt: quia flæ
tibus eos instituunt. Ridiculos autem homines possisne
dicere aut corporibus prodesse, aut animos reddere ad
gubernationem rei domesticae ad administrandamue
ciuitatem aptioris? Hinc hystaspas in hunc modũ lo
cutus est: Tu inquit aglaitada si mihi obtemperes in ho
stes fidenter consumes hoc pluris æstimandum:ut indu
cas illos flære:& quod minimi ducendum est: nos hosce
amicos omnino ridere affatim effici: Et enim scio tibi
risum permultum esse repositum: Nam neque utens
eum

77

eum cõsumpsisti:neq; amicis neq; hospitibus ultro praebes. Itaq; nulla tibi excusatio est:quo mius præbeas nobis risum. Ad quod inqt aglaitadas: Et putas tu hystaspa ex me risum facere? Et ordinis Centurio inquit ita mehercule. amens est igitur: quoniam facilius qs ignẽ excuderit:q̃ exigat ex te risum. Ob quod dictum & alii riserũt eius cognoscẽtes ingeniũ:& aglaitadas ipse leniter subrisit. Ac cyrus eũ itutus exhilaratũ:iniuriã inquit facis ordinis cẽturio: quod uiꝝ nobis corrumpis: ac uitias grauissimum & optimum: dum risum ei persuades: præsertim qui adeo hostis sit risui. Et hæc qdem huiusmodi dicebãtur. Dein uero Chrysantas ita locutus ẽ: At ego cyre cũ hisce una omnibus cogito egressos esse nobiscum alios plurimi alios minimi faciundos. Siquid aũt boni cõtigerit: dignũ hi oẽs iudicabũt æqualẽ hẽre portionẽ. At nihil inter hoies esse iæqualius duco quam & ignauum & fortem uirum de æqualitate certare. Ad quod Cyrus inquit: Num igitur uiri persæ per deos immortalis nobis ẽ optimũ sententiam hac de re inicere in exercitum: utrum uideatur, siquid boni ex laboribus deus dederit: facere oĩbus æqualẽ portionẽ? an potius cõsyderatis cuiusq; opibus ad hoꝝ rationẽ honores ẽẽ cuiq; reddẽdos? Et qd opus ẽ chrysãtas, iqt hac de re ad exercitũ referre. ac nõ pronũciare potius te ita factu rũ? Nõ ne & ludos ita pronũciasti & præmia? At medi usfidius inqt cyrus nõ sunt hæc illis similia. Quæ.n. militãdo acqrent: coĩa sibi, ut arbitror: cẽsebũt. Exercitus uero impium putabũt fortassis etiã a domo in me esse collatũ. itaq; si præfectos cõstituo: nulla me uti putãt iniuria. An etiã censes. Chrysantas inquit: decernere posse coactam multitudinem: ut minus æqualis portiones singuli cõsequãtur: sed uiri fortissimi honoribus do

nisq;

nisqꝫ antecellant? Puto equidē inquit cyrus, tū cohortan
tibus nobis: tū etiā: quia turpe sit aduersari : nequi plu
rimū laborat. prodeitqꝫ reipublicæ : maxima item præ
mia iure cōsequatur. Puto aūt uel timidissimis conduci-
bile uisū iri uiris fortibus meliorē esse cōdicionē. Qua
propter uolebat Cyrus & ipsoꝝ homotiorū gratia :
hoc decretū fieret : Nam & hos ipsos existimabat fore
melioris: si uiderēt se quoqꝫ ex operibus ipsis iudicatos, di
gna cōsecuturos esse præmia. Tēpus igitur ei uidebatur
nūc ēē hac de re cōsultādū : quado etiā homotimi uere
bātur de æquali uulgi portiōe. Ita igitur ii quoqꝫ cen-
sebāt: ꝗ erāt ī tabernaculo : ut res poneretur ī cōsultati-
onē. suadereturqꝫ ꝑ eū: ꝗ uir esse putaretur : cū arridēs
ꝗdā ex ordinū centurionibus ait at ego noui uiꝝ etiam
plebeiū: ꝗ nō frustra moleste fert, adeo æqualē ēē portio
nē. Alius quærebat: hūc quēnā ēē diceret? Cui ille respō
dit. Est mediusfidius uir nobis cōtubernalis : ꝗ omni ī re
quæritat sibi plus esse. Alius eū rogabat: Num etiam ex
laboribus? Minime oīum inqt. sed in hoc sum mēdacii
depræhēsus: Nā & laboꝝ & aliaꝝ huiusmodi rerꝝ ae
quo admodū aīo sēper sinit plus aliū habere: ꝗ uelit. At
ego, ait cyrus: decerno o uiri, si hēndus sit miles ad agē
dū strenuus & obœdiens: ex ercitu huiusmodi hoīes qua
lis ab hoc nūc dicitur : esse eiiciendos : Videtur enim
mihi magnā militū partem eiusmodi esse : ut sequatur :
quacunqꝫ ꝗs duxerit. Agere aūt ut existimo: studēt alii,
qui præclari fortesqꝫ sunt ad res præclaras & magnas :
alii uero improbi ad res improbas. Itaqꝫ fit persæpe :
ut hēant pluris, ꝗ secū sentiāt: īprobi uiri ꝗ̄ probi : Im
probitas enim proficiscēs per subitas uoluptates. Ha-
ꝝ persuasionibus utitur : quo multi secum sentiant. At
uirtus ad arduum agens non est admodū præpotēs : ut
subito

subito inconsultoq; ad se trahat : præserti ubi alii sīt :q
cōtra ad decliue molleq; adhortentur. Quare ubi ex
inertia atq; laborū fuga iprobiores sīt: hos ego arbitror
ueluti fucos, solū impensa sociis esse detrimento. Qui
cūq; præterea ad labores mali socii sūt, ad habēdi uero
auiditatē uæhemētes ipudentesq; : ii sese ad res iprobas
duces præstant : Possunt. n. sæpenumero demonstrare
plus hēri p malas actiones, Itaq; huiusmodi hoīes oīo a
nobis sūt expellendi. Nec est itē consyderandū nobis :
quomodo ex ciuibus ordines suppleatis : sed quēadmo
dū equos queritis, non q patrii sint. sed qui optimi : sic
etiā hoīes queritote. Ex oībus inq̄ hoībus, quoscūq;
arbitremini & robori uobis ornamentoq; maxie futu-
ros : Hos sumite. Hæc etiā mihi res testimoniū affert :
quid nobis adducat:q, neq; currus celer sit:si tardis uta
tur equis : neq; iustus : cui iungātur iiusti. Neq; domus
bene hītatur : quæ malis utitur famulis. sed etiā si egeat
fāulis: mīus errat:q̄ si ab iiustis uexatur famulis : Bene
aūt scitote uiri amicissimi q, nō hāc utilitatē solū mali mi
lites afferēt:ablati si fuerit:q, aberūt mali:uerum etiā q re
licti fuerit rursus eo uitio purgabūtur:quo referti iam
erāt. at bōi ubi uiderit uitiosos ignominia affectos: lōge
magis animati uirtutē capescēt. Cyrus quidem ita est
locutus. & amicis oībus hæc itidem uisa sunt: & ita fa-
ciebant. Ex hic rursus cauillo ī eos uti cyrus est aggres
sus. Cū eni ītellexisset quendā ordinū centurionibus : q
duceret secū ad cænā:faceretq; iuxta discūbere uirū &
pilosissimū & turpissimū:eo noīati uocato ait o Sābaula
nū ēt tu more græco id q, pulchrum est circūducis hūc
adolescentē : qui iuxta te discumbit ? Equidem inquit
Sambaulas. lætor igitur etiam ipse : qui & sum cōuiua
& hunc habeo spectaculo. Quibus auditis contuber
nales

nales respexerũt. Vt aũt uiderũt uiri faciẽ turpissimam riserunt omnes. Et quispiam dixit: Per deos imortalis o Sambaula: quo tandem opere uir hic te perdidit? Qui respondit: per deos, inquit: uiri amici dicam uobis: Quotiẽs .n. eũ uocaui aut noctu aut interdiu: nũq̃ mihi neq; negotii excusatiõe usus est: neq; pedetẽti ũq̃ paruit, sed semper cursi. Et quotiẽs ei agendũ aliq̃t ipe raui: nihil unq̃ uidi ipsum facere sine sudore. Effecit præterea hos oĩs decuriales: nõ uerbo sed re demõstrãs: qualis oportet esse. Et quidã dixit. Et tu postea ipsũ, q talis sit nõ oscularis, quẽadmodũ cognatos? Atq; deformis ille ad hoc nõ me hercule inquit. Non .n. est labori osus: quoniã satis fuisset ei, si me osculari uoluisset: unũ hoc pro oĩbus gymnasiis. Huiusmodi igitur & ridicula & seria tũ dicebãtur: tum agebãtur, in tabernaculo. Tandẽ aliquãdo tertiis libatioibus factis diis imortalibus precati res bonas cõuiuiũ dissoluerunt in lectũ. Postridie aũt Cyrus militibus collectis omibus talia est locutus. Viri amicissimi certamẽ ẽ nobis proximũ: aduẽtant enim hostes. Si nos uicerimus: hoc eni & dicundum est & faciũdum: & non quæ sũt eorũ: qui uincũtur: oĩa uicentibus proposita sũt præmia. Hoc igitur pacto uobis ẽ sentiẽdũ: q. quãdo ĩ cõmuni belli cõdicione singuli in se habeãt nihil futurũ ex sentẽtia sua: nisi quisq; pro se alacer ad rẽ fuerit: plura q̃primũ ac præclara præficient. Nihil eni eorũ cunctãtur: quæ faciũda sunt. Sed ubi quisq; cogitarit aliũ fore: q & agat: & pugnet: q̃uis mollior ipse fuerit: His oĩbus oĩa simul mala subeũda ueniũt. Ac deus ipse ita fecit quodãmodo: q hoĩbus q nolũt sibi iperare laborẽ ad bonũ cõsequendũ alios iis præficit. Nunc igitur surgat hic aliqs: q de hac ipsa re uerba faciat: utro nã modo putat uirtutẽ magis

exerceri

exerceri posse: num siquis plurima & facere uolet & periclitari, plurimũ quoq; honoris cõsequatur: an si ui deamus itéresse nihil: si ignauus qs fuerit? Eodē.n.mo do æqualia cõsequemur oes. Hic igitur surgēs chrysãtas, q. unus erat ex homotimis uir sane neq; magnus corpore neq; robustus uisu, sed prudentia excellens. At ego ar bitror, inqt: Cyre te ne cogitantē quidē proposuisse hãc sententiã: an parē æque portione ĩprobi atq; probi sit hituri. Sed tẽptare scilicet uoluisti, siqs tandē uir sit fu turus: q se ostẽtet cogitatu: ut nihil faciēs neq; pulchre ne q; fortiter eo℞ sit æqualē portionem habiturus: quæ alii uirtute peregerint. At ego neq; pedibus uelox sum, neque manibus ualidus. Neque ignarus certe sum: quod ex quibus ego rebus corpore meo fecero: non si iudicãdus neq; primus neq; secũdus, puto etiã: neq; mil lesimus, & forsitan ne ex decēmillibus quidē unus. Ve rum & illud certo scio: quod si uiri potẽtes res fortiter capessent: alicuius boni tanta mihi pars erit: quanta pro iure fuerit. Quod si homiēs ignaui nihil gesserint: fortes autē uiri ac potẽtes remissius habuerit: uereor: ne alius rei cuiusq̃ magis, q̃ boni maiorē sim partē ha biturus. Crhysantas quidē ita ēst locutus. Cũ post eum aũt surrexisset pheraulas persas unus exordine plebeio, q. cyro etiã abusq; domo uir esset familiaris ac iucũdus: quiq; & corpore formosus erat & aio generosũ ui℞ præ se ferebat: huiusmodi est locutus uerba: Equidē Cyre & uos oēs persæ: q adestis: ipse nos oīs arbitror æqualiter nũc moueri ad uirtutis certamē. Video.n nos oīs simili alimẽto exercere omĩa, & simili dignos congressu oīs iudicatos. Eadm etiã nobis oĩbus sunt proposita: Nã parere principibus oĩbus coiter propositũ ē. Et qcũq; hoc libẽter fecerit: hunc uideo a Cyro honorari. Ac

præstare

præstare se fortē oibus in rebus aduersus hostes,nō aliū decet: alium uero dedecet : sed hoc oēs decere maxime est antea iudicatū . Nūc pugna quoq; demostratur no bis : ad q iā uideo hoies oēs natura doctos : queadmodū alia item aialia norūt singula pugnā quādam : quam neq; ab aio quopiā didicere , q̄ ab ipsa natura : ueluti bos cornu percutere , e q ius ungula , canis ore , aper dēte : Quæ quidē aialia oia cauere etiā sciūt :a quibus maxie eit cauēdū:& hæc quidem sie ullius prorsus doctoris præceptione. Atq; ipse ego ex admodum puero cōtinuo scieba uti āte hoc qppiā propugnaculo:quo putarē uerberari .Quod si aliud nihil hērem:utranq; manū protendēs : ipediebā : quantū poterā:pcutientē . Et hoc faciebā nō edoctus,qn propter hoc ipsū pcutiebar si opponerem .Gladium equidē continuo puelius adhuc rapiebā : ubi uiderē :cum neq; a quoq̄ alio id didicissē : ut capiūdus est gladius : quā a natura: ut dico . Faciebā igitur hoc item coactus , non edoctus : quemadmodum sunt etiam alia : quæ prohibitus & a patre & a matre , agere cogebar a natura . Ac percutiebam mediusfidius gladio : quodcunq; poteram clam percutere : Nō enim erat solum natura quemadmodum incedere & currere : sed ad naturalem motum hoc mihi suaue uidebatur. Verum posteaquam hæc nobis pugna relicta est: i q ii alacritatis magis quam artis est.opus : qui nobis nō iucūde certandū est aduersus hosce homotios: ubi uirtutis præmia proposita sūt paria? Quod si conferimur:nō paria nobis pro piculo proposita esse scimus . Sed hi quidē hīturi sūt uitā honorificā.Nos uero uitā laboriosā qdem sed ihonoratā :quæ mea sentētia est molestissia . Maxie aūt o uiri hoc me bono aio ad obeundū certamē aduersus hosce icitat : q, cyrus iudicabit : qui

non inuide

nõ ĩuide iudicat : sed deos obtestor: ĩdubitato mihi uidẽ tur cyrus, quos uiros probos uiderit: nihilo q̃ seipsũ mi nus eos amare. Hisce igitur ipsũ uideo iucũdius dare, qdqd hẽat : q̃ sibi retinere. Noui præterea ẽẽ hos aĩs e latis: q. sit iã ĩstituti & ad famẽ & ad siti & ad frigus tole rãdũ: nesciẽtes hi qdẽ hæc nos quoq3 didicisse a meliore magistro q̃ ipsos: Nemo. n. est hoꝝ præstãtior doctor q̃ necessitas: quæ hæc nos docuit diligẽtissĩe. Hi laborẽ ĩ fe rendis armis exercuerũt : quæ oĩbus sũt ĩuenta hoĩbus : ut facillĩe ferãtur. Nos aũt ĩ magnis honeribus & ĩcedere & currere coacti sumus adeo : ut mihi non uideatur ar moꝝ ĩdumentũ aliis potius q̃ honeri ẽẽ simile. Quãobrem cyre ita me fore exploratũ habe: ut & certẽ: & qualiscũ q3 qs fuero : pro meritis dignũ censeã honorari. Et uos ego moneo uiri plebeii: ut cõtẽdatis ĩ hac pugna cũ hisce uiris pugnãdi eruditis: Nũc. n. uiri ĩ plebeio certamĩe sũ pti sũt. Pheraulas qdẽ hũit hæc uerba. Surrexerũt etiã alii multi : qui utrisq3 fauerent oratione. Decretum est aũt debere quenq3 pro dignitate honorari, cyrũq3 ipsũ iudicẽ esse. Hæc igitur ita processerũt. Inuitauit insup Cyrus ad cænã ordinẽ totũ una cũ eius cẽturione: quem Cyrus cũ uidisset dimidiũ uiroꝝ ordinis illius utrinq3 in ter se contra ad pugnã instruxisse : qui utriq3 thoracas hẽrent, & crates ĩ sinistris mãibus: eoꝝ alteris crassas fe rulas ĩ manus dedit : at alteris dixit : ut glebis sublatis aduersarios pcuterẽt. Sed ubi ii steterũt ita ĩstructi. & cẽ turio prælio signũ dedit: hic alii glebis feriebãt & ĩterdũ alii attigebãt thoracas & cratis : alii & femur & caligas. Sed ubi cõĩnus fierẽt: q ferulas hẽbãt: pcutiebãt aliis feõ ra, aliis mãus aliis suras. & iis q capiũdas glebas ĩcliabã tur: & colla feriebãt & terga. Ad postremũ feruliferi eos ĩ fugã uersos multo cũ risu ac ludicro pcutiebãt. Et alii ĩ altera pte accepti feruelis rursus eadẽ iis fecerũt q pcu

tiebant glebis. Delectatus aũt Cyrus tũ cẽturiõis cogita
tu atq; studio tũ militũ obœdiẽtia: quod simul & exerce
batur: & excãdescebãt: simulq; hi uincebãt: q persarum
arma essẽt imitati: his igitur cyrus delectatus, & iuitauit
eos ad cænã: & itutus i tabernaculo eorũ quosdã ligatos
aliũ tibiam, alium manũ: rogauit: quid paterentur: cui
respondebant: quod glebis percussi forent. Rursusq; cy
rus interrogabat: utrum posteaq̃ sunt cõgressi: an cũ e
rãt procul: cui dicebãt: cum essent procul: Nã ubi feru
liferi cõinus facti sunt: aiebãt ludũ fuisse pulcherrimũ.
Qui autẽ ferulis concisi erãt: exclamabãt nõ sibi ludũ
uideri cõminus pcuti. Simulq; ostẽderũt ferularũ plagas
& i utrisq; mãibus & i collis aliqui etiã in facie. Et tũ, ut
fieri solet: ridebãt inter se plurimũ. Postridie uero cam
pus refertus erat oĩbus uiris: q hosce imitabãtur, ac nisi
aliud qcq̃ agerẽt melius: hoc utebãtur ludo. Cũ aliũ quo
que esset oĩ itutus ordinis cẽturiõem: qa flumie ordinẽ
ducebat singulatĩ ad læuã: quiq; cũ ei uisum esset tẽpe
stiuũ: iuberet primipilis: ut postremũ mãipulũ traduce
rẽt & tertiũ & quartũ in frontem: & cũ in fronte essẽt
primipili: iussit: ut binatim agerent manipulum ex hic
etiam traducebant decuriões in frontẽ: & cũ rursus ei ui
deretur: tẽpus esse: iubebat ut quaternati manipulũ age
rent: ita igitur qncuriões rursus traducebant: ut quater
natim mãipulus icederet. Vbi aũt fuissẽt ad fores taber
naculi: iubẽs biatim ire ex iis, q̃ singulatim ĩbãt: imisit
primũ mãipulũ: & secũdũ ad huius caudã seq iussit. &
tertiũ & quartũ itidẽ iubẽs ducebat intro: & ita ut ice
debat: ad cænã discũbebat. His igitur delectatus Cyrus
ob mãsuetudinẽ & doctrinã atq; diligẽtiam inuitauit eti
am hũc ordinẽ una cum centurione ad cænã. Cumq; ali
us quidam ordinis centurio in cæna adesset inuitatus.

At meum

At meũ ordinẽ, inq̄t: cyre nõ iuitabis in tabernaculum? enim uero cũ ad cænam adsit: hæc omnia facit: Et ubi finem habuerit cõuiuiũ: q cogit ultimũ manipulũ: educit eũ: cui primi sunt ultimi istructi ad pugnã. dein qui cogit tertiũ manipulum post hos & tertius & quartus idẽ tidem: quo etiam ubi sint ab hostibus abducedi: sciant: ut abire oportet. Cum uero ad iter, quod facimus, constituti fuerimus: si q̄dem eamus ad aurorã; ego quidem duco, & primus manipulus primus & secũdus ut parẽ & tertius & quartus & mãipulorum decuriæ & q̄ncuriae: utrunq; ipse iubeo. Cũ uero eamus ad uespam: q agmẽ cogit: & postremi ducũt primi, Mihi aũt, q ultimus sum ita obœdiũt: ut consuescant & sequi & ducere itidem obœdientes. Et Cyrus ait: Num etiam semper hoc facitis? Facimus sane inquit: quotiens cænamus. Vos igitur inquit mediusfidius inuito: quod & aduenientes & abeuntes simul ordines meditamini, & id nocte simul & die: simul etiam: quod et corpora ambulantes exercetis: & prodestis animis doctrina. Quoniã igitur oĩa facitis duplicata: iustum est duplicatam uobis a me præberi epulationem. Noli per Iouem inquit primipile uno die præbere duplicatam nisi duplicatos etiã nobis uteros præbueris. Et tũ finis cõuiuii talis fuit. Postero aũt die cyrus illũ ordinem, ut dixerat: iuitauit. Quæ ubi alii quoq; didicissẽt: reliquũ eos imitati sũt oẽs: Sed cũ olim milites omnis censeret in armis Cyrus: simulq; ordinaret: uenit a cyaxare nuncius: qui diceret indorum adesse legationem: Quare iis ingredi iussus, fero tibi dixit: etiam stolã pulcherrimam. a Cyaxare: Vult enim te anteuertere: quo splendissimo ornatissimoq; corporis cultu aspiciaris ab indis: dum aduenis. Quæ Cyrus ubi audisset: præcepit primo ordinis centurioni

oni, qui instructus erat: ut stans ad dexteram singulatim ordinem duceret: in frontemq; locaret: & secũdo iussit: ut idẽ præciperet: ac per oĩs idẽ iussit: ut traderetur. Qui ita obœdientes, & præceperunt celeriter: & quæ præcepta sunt: fecere quamprimum: breuiq; tempore fuerũt in fronte q̃dem ad ducenos, totidem enim erãt ordinũ cẽturiones: ĩ medio uero agminis ad cẽtẽos. Vbi aũt cõstituti sunt: eos seq iussit pro suo ductu. cõtinuoq; ducere maturabat. Sed posteaq̃ didicisset callẽ ad regiam ferentem esse angustiorem, quam ut in fronte omnes transirent: iusso primo ordine sequi loco suo, secundo ad caudam huius, atq; ita deinceps oĩbus, cyrus quidem ducebat assidue, alii uero ordĩes sequebantur, quisq; ad anterioris caudam. Misit præterea ministros duos ad callis introitum quo imprudentibus uiæ quid factu opus foret: significaret. Sed ubi uenerunt ad Cyaxaris ianuam: præcepit primo ordinis centurioni: ut ordinem ĩ duodenos circa mediũ ĩstrueret: duodẽarios uero profectos ĩ fronte constitueret circa regiam: ac secũdo eadẽ præcipi iussit, & ita deĩceps oĩbus. Et hi q̃dẽ hæc faciebãt. hic uero ad cyaxarẽ ẽ ĩgressus ĩ stola p̃sica minime sordida aut ĩepta: Quẽ ĩtutus Cyaxares, celeritate q̃dem lætatus est, sed turbatus uilitate stolæ. Quid hoc ait Cyre? cuiusmodi rẽ fecisti ita ĩdis apparẽs? Ego sane uolebã te q̃splendidissimum apparere: Nam mihi ornamẽto hoc erat: quod mea natus sorore magnificus & elegãtissimus uidereris: Ad quæ Cyrus inq̃t: Et utrũ magis te ornassem çyaxares si cum induerer ueste purpurea caperemque harmillas & monili collum circundarẽ otiose iussis tuis audirẽ: an pŏtius nũc: quãdo cũ talibus tãtisq; uiribus adeo propere tibi pareo cũ sudore ac studio tui honorandi gratia, tum ornatus ipse, tum alios

11

alios ostentans adeo tibi oboedientis? Hæc Cyrus Locutus est: quem Cyaxares cum recte dicere putasset: uocauit Indos: Qui ingressi dixere mitti se ab indorum rege: ab quo iussi essent interrogare: qua ex re bellum esset & Medis & asyrio. Et cum te audissemus: iussit: ut rursus iremus ad asyrium: & ab illo ea de hæc interrogaremus. Ad postremum: ut nobis utrisque diceremus regem Indorum, consyderato iure, cũ illo fore: cui iiuria sit illata. Ad hæc cyaxares ita respondit: Me igitur audite, Nulla nos asyriũ afficimus iiuria. prorsus. illũ si opus ē adite iterrogaturi: qd dicat. Cyrus aũt cũ adeēt: quærebat ex cyaxare: Nũ etiã ego inqens dicã: quod sētio? Qui iussit ut diceret. Vos igitur inqt cyrus: regi indorꝫ hæc nũciate: nisi qd aliud cyaxari uidetur: nos ita dicere: Siqd iniuriarꝫ a nobis asyrius dicit i sese illatũ: eligimus ipsũ regē indorꝫ iudicē. His igitur auditis, legati abierũt. Sed pesteaq̃ indi egressi sunt. Cyrus ad cyaxarē dicere hæc cœpit. O Cyaxares equidē ueni domo sine multis priuatis pecuniis. Quot autem erant harum mihi paucæ sunt reliqæ: Eas. n. i milites cõsumpsi. Et hoc miraris fortasse tu: quopacto eas consumpserim: quando ii milites abs te alantur. At ne te lateat, uelim: eas a me cõsumptas esse pecũias i nullum aliud opus q̃ ad honorē & gratiam: dum præclarum alicuius militis facinus admiror. Videtur. n mihi oibus quos ullus uelit cuiuscunqꝫ rei bonos reddere adiutores iis iucũdius ēē: si bene & dicēdo & faciēdo fuerit ab illo incitati: quam si molestia afficiantur: cogantur que. Quos igitur quisquam uelit alacris sibi rerum bellicarũ adiutores facere: hi omnino uenãdi sũt mea sentẽtia bōis & uerbis & rebus: Amicos. n. eos nō iimicos ēē oportet qui pro nobis sine excusatione sunt pugnaturi, & talis

lis quidē amicos: ut neq; secūdis in rebus sint imperatori i uisuri neq; in aduersis eum prodituri. Hæc igitur ipse ita prouidens, pecuniis opus esse puto. Omnibus aūt in rebus ad te respicere, cuius pmultā sentio esse impē sam: uidetur mihi absurdū esse. In mediū autē consyde randū arbitror & tibi & mihi: ne tibi sint pecuniæ defu turæ: Nam si hæ tibi abundæ fuerint: scio etiam mihi futuras: ubi opus fuerit: præsertim si in huiusmodi eas rebus accipiam: quarum sumptus, ubi eas capias: tibi sit cōducturus. Memini audiuisse abs te iam dudum te ab Armenio nunc contemni: quoniā audit hostes ad uersus nos ire. Quo fit: ut neq; exercitū mittat, neq; tri butū: q, debet. Facit hæc iqt: Cyre, Itaq; ego uereor: utrū mihi sit melius bellum inferre atque eum cogere: an magis conducat per hoc temporis missum facere: ne hunc etiam aliis aduersus nos hostem addamus. Et Cyrus interrogabat: At habitacula utrum ei sunt in munitis locis, an contra? Ad quem Cyaxares re spondit: Nequaquam in locis sunt admodum munitis: Ego enim hoc noui. Sunt sane montes: ubi queat, si subito abierit: tutus esse: quo minus captiuus fiat: ne que res item eæ capiantur: quascunque subuehere po tuerit: nisi quis pertinacius obsederit: quemadmodū a pa tre meo factū ē. Dein hæc Cyrus locutus ē. Si mittere me uolueris additis mihi equitibus, quod uisi fuerint tibi satis: effecturū me puto pro deo℞ ope: ut & milites mittat tibi: & tributū soluat: ac item futurū spero, ut no bis magis amicus fiat: q̄ nunc est. Et Cyaxares inquit: Et ego spero illos magis ad te ituros q̄ ad me: Audio.n. ibi pueros quosdā tecū una olim uēari cōsuesse. Itaq; rursus eāt ad te fortasse. Quos si ceperis: agat armēius oia: quæ nos uolumus. Videturne igitur, inquit Cyrus tibi

tibi conducere occultanda esse consilia hæc nostra?
Magis enim inquit Cyaxares: eorum aliquis in manus
ueniat. Ac si quis eos aggrediatur: possint capi in
parati. Audi igitur: inquit Cyrus: an tibi uideor quic
quam dicere. Sæpe cum sociis meis omnibus uena
tus sum circa montes & tui & ameniorum agri. & equi
tibus olim aliquibus assumptis ex hisce medis sociis il
luc ibam. Similia igitur. inquit cyaxares: si facias: ha
ud sis suspectus. Quod si maiores copiæ illis appare
ant copiis: quas ad uẽationẽ habere cõsuesti: hoc nimiꝝ
suspicionem afferat. Sed licet etiam hac i reinqt cyrus
excusationẽ instruere uerisimilem: si quis ad illos enunci
et uelle me magnam facere uenationẽ, & abs te eqtes
palam petere. Dicis tu quidẽ ꝑpulchre: inqt cyaxares.
atq; ego tibi nõ dabo præter paucos quosdam, quasi itu
rus sim ad castella: quæ sũt iuxta asyriã: Nã uero illuc
ire istitui, atq; ea reddere ꝙmũ tissima. Cum tu aũt: pro
cesseris cũ tuis copiis: ac duos iam dies uẽando cotriue
ris: mittã tibi meorũ & eqtũ & peditũ: quãtũ sat fuerit:
qbus tu assũptis cõtiuo ascẽdas. Ipse uero cũ aliis copi
is enitar nõ abesse a uobis procul: quo ubi tẽpus fuerit:
supuẽiã. hoc igitur mõ cyaxares cõtiuo cogit ad castel
la eqtes ac pedites. præmisitq; currus cũ cybo ea uia:
quæ ducit ad castella. Cyrus aũt sacꝝ fecit ꝑ ꝓfecti
onẽ simulq; ad Cyaxarẽ mittẽs petebat iunioris equites.
Hic uero nõ multos ei dedit: cum ꝑmulti abire ad eũ
uellent. Cumq; cyaxares iam antecessisset cum copiis
pedtum atq; equitum ea uia: quæ ad castella ducit: cyri
sacrificia de eundo aduersus armenium bona extiterunt
Et ita cyrus suos educit tanquam in uenationem instru
ctus. Ei uero proficiscenti continuo in primo agro exur
git lepus. aquila autem uolans dextera leporem de
spiciens

ſpiciens fugientem & irruit : & percuſſit illum extulit
que correptum : eoq; ablato in collem proximũ pro li-
bidine utebatur præda . Augurium igitur Cyrus intu-
tus , cum lætatus eſt : tũ Iouem regẽ adorauit : dixitq; ad
præſentes: uẽatio qdem amiciſſimi uiri pulchra ẽ futura
ſi deo libuerit . Vt aũt ad fines uentum eſt: continuo ue
nabatur : quemadmodum conſueuit . Et peditum atq;
equitum multitudo mota eſt ita : ut feræ exurgerent :
Fortiſſimi uero pedites atque equites diuiſi ſunt . Exur
gentisque bæſtias excipiebant atq; inſequebantur . Mul
tosq; cepere ſues ac ceruas capreasque & aſinos ſilue
ſtris : Nam in his locis ꝑmulti ſunt etiam hoc tempore ſil
ueſtres aſini . Finita autem uenatione cũ applicuiſſet ad
finis armenioꝝ : cænatus eſt . Rurſusque proſtridie ue
nabatur ad eos mõtis accedens : quos deſyderabat , Cũ
que rurſus uenari deſiſſet : cænabat . Vt autem accepit
exercitum , quẽ cyaxares miſerat : aduentare: miſſo ad
eos clam nũcio , iuſſit: abeſſẽt duas paraſangas hoc ẽ ſta
dia ſexaginta : ibiq; cænarẽt . hoc prouidens cõductoꝝ
ad latendum . Vbi aũt cænarit: dixit eoꝝ prĩcipi: ad ſe i
ret. poſt cænã ad se uocauit ordinũ cẽturiones. Qui ubi
adfuere : locutus ẽ in hũc modũ . Armẽius uiri amiciſ
ſimi & ſocius erat antea & ſubditus cyaxari . Sed nunc
ut accepit hoſtes aduenientis: eũ cõtemnit : quippe qui
neque exercitum nobis mittit : neq; tributũ ſoluit . Itaq;
nũc uenimus ad hũc uenandum : ſi poſſimus . Quare
ita faciũdũ uidetur mihi. Tu chryſanta cũ delatus ĩ fines
fueris: aſſumpto dimidio perſaꝝ , qui ſunt nobiſcũ: fa
cto mõtano itiere mõtes occupa: quo eũ cũ metus ullus
ĩuaserit : aiunt confugere . Duces autem ipse dabo tibi.
Et hosce qdẽ montis denſos arboribus eſſe ferunt, Itaq;
sperandum eſt latere nos posse . Veruntamen si prae

parasanga

mittas

mittas ante exercitum ex tuis aliquos expeditos uiros : qui latrõibus & numero & stolis similes sint: hi si i armenios ullos incidant : quos quidem compræhenderint: eos impediant : nequid renuncient: quos uero neque ant compræhendere : eos longius insequantur : quo a perte nõ possint totum aspicere agmen tuum . sed de furtis potius cõsultẽt. Et tu qdem ita facito . Ego aũt cũ primũ illuxerit : dimidiũ peditũ mecũ hñs oisqꝫ equites cãpestri itinere uidelicet cõtinuo proficiscar ad regiã & si quidem obstiterit : pugnandũ erit. Sin sese campo subduxerit : cursim erit insequendus . Quod si fugerit in mõtis hic tuum opus futurum ẽ: ut qui ad te uenerint: eorꝫ euadat nemo. Existimato ita nos: futuros: ut q feras idagãtur i uenatiõe: te aũt ut eos: q sunt ad plagas. Illud igitur memieris oportere prius saltus obstruere: q̃ feræ moueãtur: Eosqꝫ latere opus ẽẽ: q sunt ad hos aditus ordinati: ne auertant delatas feras. Ac noli tu quidem rursus facere Chrysanta : quemadmodnm quandoqꝫ soles ob uenandi studiũ: Nam sæpe totam noctem in negotio somnum non admittis . Sed est hoc tempore permittendum : ut uiri mediocriter cubent : dormire ut possint . Neque tu sane montibus soles errare : quod careas itineris ducibus : sed quacũque ferae subducũt: hac trãscurrẽs trãsire didicisti. At noli sic etiã nũc ploca difficili a trãsitu abruptaqꝫ proficisci: sed ducibus tuis iube. nisi lõge breuior uia fuerit: per facillimã ducãt: Quod .n. agmẽ facillimũ sit: idẽ ẽ celerrimum. Nec etiam quia sis solitus per montes currere: uelis te cursus præstare ducem : sed ut te sequi possit exercitus : mature ducito. Bonum etiam est : ut ex robustissimis aliqui & alacerrimis uiris: subsistant quandoque atque alios adhortentur. Sed ubi cornu præterierit

incitanda

incitanda est acceleratio :ut omnes, quo ad eos, qui in grediuntur: currere uideātur. Hæc ubi chrysantas audisset :lætatus admodum cyri præceptione animoq; elatus cepit itineris duces. Et iis, qui secum erant profecturi: posteaq̃ iussisset faciunda: dedit se quieti. Sed ubi dormisset :quantũ uisum ē satis: ad montis proficiscebatur. At cyrus ubi illuxit :nuncium ad armenium præmisit: qui uisus ēita dicere : Cyrus o armenie ita ut facias: iubet: ut quamprimũ uenias tributum & exercitum habens. Quod si rogat :ubi sum :uera dicito :quod in finibus. Sin rogat :an ipse uenio: hic etiam uera loquere: quod nescis. Sin quæsierit: quot sumus :iube :aliquem ipse tecum ut mittat: ac discat. Nuncio igitur misso, cyrus hæc monuit, existimās amicius ita esse: quā si prædicēs nihil, proficisceretur. Ipse uero istructus q̃optie & ad pagendũ iter, & ad pugnādũ: si opus fuerit: pergebat. Iussit præterea militibus: ab iniuria abstinerent: ac siquis in armenium quenquam incidisset :cum moneret :ut & nihil metueret: & quisq; pro uoluntate uaenalia ferret: ubicunq; ipsi forent :siue esculenta uellet siue potulenta uændere.

XENOPHONTIS DE CYRI PAEDIA LIBER TERTIVS,

C. Yrus igitur in his erat. At armenius auditis, quæ sunt a Cyrō nunciata :perterritus est, secum ipse cogitans : quod esset iniustus ; cum neq; tributum solueret: nec exercitũ mitteret. Væhemētissimeq; timebat: quod uidendus esset muro cingendæ regiæ fecisse initium: quo satis esset ad

repugnādũ

repugandum. Quare ob hæc omnia ueritus simul mittebat tum ad cogendas uires suas, tum iuniorem filium Sabarin in montes ac item uxores & suam & filii atque filias. & ornatum quoq; atq; apparatum cũ his preciosissimum mittebat, datis, qui eos deducerent. Ipse autẽ & speculatores simul mittebat. intutũ: qd ageret cyrus: & præsentis armenios instruebat: cum celeriter alii aderant: qui dicerent hunc ipsum cyrum adesse una. Hic igitur nõ amplius sustinuit manũ cõserere: sed sese subtraxit: Quod ubi uidissent armẽii: diffugerũt, quisq; ad sua habitacula: ut q uellẽt res suas procul portare. At cyrus ut campũ uidit discurrentiũ & impellentiũ plenũ ad eos clam mittebat, inqens eorũ se nemini hostẽ esse: q maerẽt. q, sique cepit fugiẽtẽ: eo pro hoste se usurũ. Itaq; plures restituerũt. Qui aũt clã se cesserãt: erãt una cũ rege. At ubi ii qui ãte cesserãt una cũ mulieribus: in illos inciderũt: q latebãt in mõte: & clamoribus cõtinuo cõplebãt oia: atq; eorũ plures capti sunt. Demũ uero & filius & uxores & filiæ simul cũ pecũiis capiuntur: quot quot una cũ illis agebãtur. Ipsorũ aũt rex ut sensit: quae gerebantur: qua uerteretur ignarus, quendam in collẽ fuga se recepit: Quæ Cyrus item intutus, collem cingit præsenti agmine, mittitque ad Chrysantan iubens ut relicta montis statione ad se iret. Et agmen quidem cogebatur ad Cyrum: qui ad Armenium misso caduceatore, ita interrogabat: Dic mihi armẽie: utrũ uis istic mãnens cum fame sitique pugnare, an in planiciem descendens nobiscum manum conserere? Cui respondit armenius se cum neutris pugnam uelle. Ad quem rursus mittens Cyrus interrogat: Quid igitur istic sedes: & non descendis? Quoniam iuquit, quid me facere oporteat: ambigo. Sed nihil inquit

Cyrus.

Cyrus ambigere te oportet: Nam licet tibi ad agendã causam descendere. Quis aũt, inqt: iudex futurus est? Videlicet inqt: cui deus etiam sine iudicio te uti de dit: ut uelit. Hic igitur armenius necessitate cognita de scendit. Ac cyrus & illo & aliis omnibus illius rebus in tra exercitum receptis: castra posuit: cum uires iã oĩs simul hẽret secũ. Per id uero tẽporis armenii filius æta te maximus Tigranes ex peregrinatiõe quadã aduenit: q fuerat oli cyro conuenator. Hic rebus his auditis: ita ut hẽbat: continuo ad cyrũ proficiscitur. Sed ubi uidit patrẽ ac matrẽ sororesq; atq; uxorẽ suã: captiuos factos: collachrymatus est: ut par erat. Cyrus aũt illũ intutus, alia in eũ benignitate nulla est usus. Sed dixit: Venisti ĩ tẽpore: ut de patre causã præsens audias. Cõuocabat q; cõtinuo persarũ ac medorum duces: & ad hos etiam acciebat: siqs aderat ex honestis armeniis: neq; amouit: sed audire permisit mulieres: quæ aderãt ĩ rhædis. At q; ubi idoneũ fuit: dicere est aggressus. Et o inqt arme nie primũ tibi cõsulo in causa loq uera: quo tibi id unũ desit: quod est odiosissimũ: Nanq; apertũ mendaciũ, ut scis: impedimento est hominibus maxime ad ueniam consequendam. Dein cõscii tibi sunt & liberi & mulie res hæ: quot quantaq; gesseris: & armenii: qui adsunt: Qui si te dicere sanserint alia: q̃ quæ feceris: putabũt te tua sententia damnatum ad extrema patiũda omnia: si minus: quæ uera sunt: audiam. At interroga inqt Cy re: quod ipse uis: Nã horũ gratia uera loquar: & fiat: quod uult. Dic igitur, inqt: mihi: Gessistine olĩ bellũ aduersus astyagen matris meæ patrem aduersus q; me- dos alios? Gessi equidẽ. Ab eo autem uictus conueni stinẽ tributum te daturum? iturumq; in expeditionem, ubi iuberet: & munimina non hiturum? Hæc uera sũt.

Nunc

Nunc ergo quare neq; tributum tuliſti:neq; agmina mi
ſiſti : & munimina muro cinxiſt ? Liberitatem , inquit :
cupiebam : Pulchrum enim mihi uidebatur & me libe
rum eſſe , & liberis meis libertatem relinquere : Et enī
pulchrum eſt,inqt cyrus:pugnare:quo nunq̄ ſit futurus
qs ſeruus. Quod si aut bello quis uictus,aut alio quoq̄
modo ī ſeruitutem actus , moliatur heros ſeipſo priua
re : hūc , tu primus dicito : utrū ut bonū uirū honores
honeſteq; agētē: an ut iiuſtum, quem ceperis:ſupplicio
afficias ? Afficiam,inquit : ſupplicio : Nam mētiri me
nō ſinis . Dic igitur liquido, inqt Cyrus:ſingillatī. Si qs
tibi in magiſtratu fuerit : & errarit : utrū eū ſinis magi
ſtratū gerere : an aliū eius loco cōſtituis ? Aliū,inquit:
conſtituo . Quid si grandē hēat pecuniā : ſinis eū diuitē
eſſe:an pauperē facis ? Aufero,inqt : quæ hēat :Si etiā
ad hoſtes eū deficere ītelligas ; quid facis ? Interimo :i
qt :Quid .n .eſt opus mēdacii me potius argutū q̄ uera
dicentē mori ? Hic eius filius hiſce auditis tiarā diſcer-
psit . peploſq; diſcidit . mulieres uero uociferantes la
niabātur : perīde atq; mortuus ēēt pater:& ipſe iā periſ
sēt,Et cyrus eas tacere cū iuſſiſſet:rursus inqt : de his ſa
tis. Hæc igitur iura tua ſunt armenie . Nobis aūt qd ex
his faciundū cōſulis ? Ad quæ tacebat armenius, dubius
is quidē : utrū Cyro cōſuleret: Num ut ſe īterimeret: an
iis cōtraria doceret : quæ ipse dixerat ſeſe facere . At fi
lius eius Tigranes īterrogabat Cyrū inqens:dic mihi cy
re : quoniā pater uidetur ābigere : uisne ea de ipso cō
ſulā : quæ tibi optīa ēē reor ? Et Cyrus quoniā accepis
set,quo tēpore Tigrāes ſecū uēabatur:sophiſtā ei fuisse
familiarē atq; admiratiōi hītū: ꝑcupiebat audire:qd dice
re tādē uellet. Itaq; īpigre iuſſit:ut diceret:q, ſētiret. Ego
igitur inqt Tigranes , si quidem tu probas in patre uel
quæq;

quæq; cõsuluit : uel quæq; gessit : ut hũc imiteris: pluri mũ tibi consulo . Quod si tibi uidetur peccasse oibus in rebus : consiliũ meũ est : ne hũc imiteris . Ergo inqt Cyrus si fecia iusta : minie peccãtẽ imiter ? Sane iquit. Supplicio igitur afficiundus sit pater tuus pro tua ratiõe siquidem iustum est iiustum afficere supplicio . Vtrum aũt censes cyre melius esse aut ad tuã utilitatẽ cruciatũ fieri aut ad tuũ detrimetum ? Ergo meipsum iquit hoc pacto cruciarem . Atqui plurimũ tibi noceres : si tum tuos interimis : :cum eos comparare tibi sit faciundũ plurimi . At quopacto sint homines plurimi faciũ di : cum depræhẽdãtur iniusti ? Siquãdo mea sententia fiant sapientet . Videtur enim mihi Cyre ita habere . Sine sapiẽtia quidem neq; alius uirtutis ullã esse utilitatẽ . Quid eni quisq̃ utatur robusto fortiue :si isipiens fuerit ? Quid equestri ? Quid diuite ? Quid potestatem habenti in ciuitate ? Vna cum sapientia & amicus quisq; est utilis : & seruus omnis bonus est. Hoc igitur inquit : dicis : quod etiã tuus pater hoc uno die ex isipienti factus est sapiens ? Valde quidem : Affectum ergo tu animi esse dicis sapientiam quemadmodum ægritudinem , non disciplinam . Haud enim si uidelicet prudentem fieri oportet : qui futurus sit sapiens : continuo ex insipienti sapiens quisquam fiat . Quid autem inquit cyre nondum sensisti etiam unum uirum ob insipientiam inire cum eo pugnam : qui se fortior sit : cumq; sit uictus : cessasse continuo a sua inhunc insipientia ? Nondum item ciuitatem uidisti aduersus alteram ciuitatem instructam ad pugnam : quæ uicta cum fuerit : huic continuo pro pugna oboedientiam præstat? Quem autem inquit Cyrus patris conflictum dicens nixius asseueras a deo ipsum esse sapientem effe-

ctum

ctum? In quo iquit mehercule sibi cōscius factus est: quod pro libertate, quā cupibat: seruus sit factus: ut antea nunq̄. Quæ aūt putauit latere oportere, aut præuenire, aut propulsare: hoꝝ nihil potuerit efficere. Te aūt nouit cum uoluisti eū decipere, ita decepisse: quæmadmodum siquis: cæcos ac mutos nulliusq; sensus atq; mentis hoīes deciperet. Quæ uero putasti latere oportere: ita a te occultata ēē nouit: utq; sibi putabat loca parasse multissima: hæc ei tu carcerē clam antea struxeris. Tanta autē celeritate eū superasti: ut a loco lōge distanti cū magnis copiis profectus, prius assequereris: q̄ hic uires apud se suas coegerit. Dei uideturne tibi iq̄t Cyrus talis cōflictus satis esse: q hoīes reddat sapientis ad alios cognoscendos: qui sint se meliores? Longe quidem magis inquit Tigranes: quā cum quis pugna sit uictus: Nam corporis uiribus superatus interdū putauit fore: ut corpore exercendo repugnaret. Et urbes captæ, arbitrantur assumptis sociis repugnatum ire. Quos aūt melioris sese aliq dixerit: His plærūq; etiā nō coacti libenter parent. Tu qdem uideris nō extiare hoīnes cōtumeliosos eos nosse: q se sit tēperātiores: neq; fures illos: q nō furātur: neq; mentientis: q loquūtur uera: neq; iniustos: qui iusta quæ sunt: faciunt. An es ignarus nunc quoq; patrem tuum esse mentitum, neq; cōstanter obseruasse: quæ nobiscū cōuenerat, nequaq̄ is qdem nescius nos eoꝝ nihil oīo ēē trāsgressos: quæ astyages cōuēisset? At nec ego, inquit Tigranes: hæc dico, solā melioꝝ cognitōnē sine ulla pœna a melioribus ī ferenda reddere hoīes prudentis: quemadmodū nunc meus pater dat pœnas. Verum tuus pater, inquit Cyrus: nullū prorsus ad huc passus ē malū: qui, scio: admodū tiēt: ne extrēa oīa patiatur. Nū igitur qcq̄ putas, iq̄t

Tigranes:

ego sāe hanc felicitatē ualere iubeo. Cogitarē.n.& heri udelicet cum mane coepissemus adeuntis audire: nō de siuimus ante uesperam:& nūc uidete hosce & alios plu ris, q̄ heri: q adsunt nobis negotia præbituri. Siquis igi tur sese hisce subiiciet: consydero futurum: ut minimā mei partem uobis faciam, & minimam quoque mihi uestrum. Ipsius autum mei certo scio: ut nulla oīo pars sit futura. Præterea aliam etiam rem ridiculam uideo: Ego enim certe affectus sum uobis: uti par est. Horū uero circunstantium aut ullum, aut neminem noui. Et ii tamen omnes parati sunt: ut si urgendo uos uincant: prius quam uos a me, quæ uolunt: consequantur. Ego autem dignos rear hos uiros talis: siqua ī re mei qs īdige at ut uos colāt amicos meos, uosq; ut se adducatis. roget Fortasse qs dicat: Quomō igitur nō ita initio me paui Sed præstabam potius me in mediū? Quoniam intelli gebā res bellicas esse eiusmodi quod non deceat, princi pē esse inferiorem, neque intelligēdo, quæ oportet: ne que gerendo, quæ tempus sit gerere: Nam si imperato res uideant raros homines: existimabam multa eos præ terire: quæ gerenda sunt. Nunc uero posteaquam la boriosissimmum bellum cessauit: uidetur mihi dignū ēē ut animus meus quietem aliquam consequatur. Quare perinde quasi ambigente me, quid sim facturus: quo & nostrae & alioꝝ res, q nobis debent curæ esse: pulchre habeant: consulat: quod quisque uidet maxime con ducibile. Cyro ita locuto, surrexit post cum Artabazus is: q oli se dixerat cōsanguieū: ac dixit: pfecto ppulchre fecisti cyre hūc sermonē aggressus: Ego.n. cū iuuenis ad modū ad huc ēēs: ītio cupiebā tibi amicus fieri. Te aūt uidēs minie īdigere mei, te adire sū ueritus. Cū aūt olim etiā me rogasses: ut alacriter ad medos, quæ cyaxares dixerat

dixerat nunciarem:cōsyderabā,si iis tibi in rebus alacri
ter essem adiutor:fore:ut & familiaris tibi essem:& dis
serere tecum possem: quantum uellem temporis. At
que illa quidem ita a me acta sunt: ut abs te laudarer.
Post hoc hyrcanii quidem primi nobis amici facti sunt:
quod admodum sociorum indigeremus. Itaque solum
propter nostram in te dilectionem non inte atcellas eos
circūferebamus. Postea uero ubi castra hostiū capta sūt
non tibi licebat:ut arbitror:erga me otiū hēre. Et ego ti
bi ignoscebam. Deī gobryas factus est nobis amicus,id
quod ego gaudebā:& item gadatas. Itaq; labor erat:ut
tui particeps fierem. posteaquam sacæ & cadusii i soci
etatem recepti sunt:his erat obsequendum. Et eīm hi tibi
obsequebantur. Vbi autem eo reuertimus. unde mo
ueramus: intuens te habere circum & equos & Cur
rus & machinas. Putabam eum ab hac re tibi otium da
retur: tum etiam erga me otiosum te futurum. Atq
ut formidabilis nuncius est allatus de omnium hominū
aduersus nos conspiratione:intelligebam hæc esse maxi
ma; quæ si feliciter haberent: iam bene uidebar nosse
multam tibi futurā copiam mei tuiq; congressus. Atque
nunc tandē tum uicimus magnam pugnam: tum Sardis
Croesumque famulum habemus: & babylona cepimus
omniaque subiugauimus. Et solē testor: ego heri nisi mul
tos pugnis cecidissē:te adire nō poterā. Et ubi quidem
dextra me apprændisti:& apud te manere iussisti: nā cō
spicuus eram:quod tecū sine cybo & sine potu diē egi.
Nūc igitur sicubi erit: ut digniores pluirmā tui hēant:
ptē bene ē. Sin mius,rursus ego nūciabo uerbis tuis: ut
oēs abs te abeāt exceptis nobis:q ab iitio usq; āici sumus.
Ad idq;& cyrus q risit.& alii multi. At chryisātas qdem
psas surgēs ita locutus ē: Verū ātea cyre ut decebat i me
dium

esse cōtentos maxie apud se uitam agere. Acepit aūt ex his speculatores decemmillia: qui noctu diesq; circū regiam custodirent: cum intus otium ageret: Cum uero exiret: hinc indeque istructi pergerent. Ratus præterea sufficientis custodes totius babylonis esse oportere, siue ipse i urbe eēt: siue pegre pficisceretur: cōstituit ēt baby lone præsidiariorum satis: quibus iussit mercedem da ri a babylonis: qppe quos uellet maxime imbelles red dere: quo & humillimi essēt, & maxime subiecti. Hæc igitur custodia & circa ipsū & babylone p id tēpus con stituta, nunc etiā eodē modo perdurat. Cōsyderās rur sus quo pacto & omne coutineretur iperiū: & aliud itē adderetur: existimauit hosce stipendarios non tanto ēē subditis melioris quanto paucioris. bonos autem ui ros cognoscebat continēdos esse: qui una cū diis imorta libus uictoriam præstitissent: & curandū esse: ut perfice rent exercitationem uirtutis: qbus ne iubere uideretur sed cognoscētes ipsi hæc ēē optia, ita & pseuerarēt: & cu rarēt uirtutis opus: collegit homotimos, & ois, quotquot erant: tempestiuos: quique utilissimi ei uisi sunt parti cipes esse & laborum & bonorum. Hi ubi conuene rant in hunc modum est locutus: Viri amici atque so cii diis quidē immortalibus magna ē gratia q, dederit no bis ea cōseq: qbus putauimus ēē nos dignos: Nūc &.n. habemus & solū multum & bonum: Et qui hoc colētes nos alent. Habemus etiam ædis, & in his apparatus ne que uestrum quisq̄ hæc habens existimet aliena se habe re: Lex est enim inter ois hoines perpetua: quādo bel ligerātium urbis capta fuerit: causa eorꝝ ēē, qui cepe rint: & corpora eorꝝ, qui in urbe sunt: & pecunias. nullo modo iniuste possidebitis: quodcunq; possideatis, Sed pro humanitate non abstuleritis: siquid habere eos

sinitis:

finitis : Equidē hoc ego exhinc ita sentio. Quod si uer temur ad pigriciam improborūq; hominū uoluntatem : qui arbitrātur laborare ēē ærumnosissimū, & uitā sine labore agitare uoluptatē existere : ego nos affirmo celeriter nobisipsis minimi ēē faciūdos : ac fore : ut cito priuemur bonis oībus : Nihil enī ad pfectionē sufficit fieri bonos uiros : nisi quis usq; ad finē curet in bonitate perseuerare. Sed queadmodū aliæ artes ubi neglectæ sunt : minoris precii fiūt : & corpora ipsa bene habentia cū quis ea remittit ad inertiā : male rursus hēant : ita & tēperātia, & cōtinētia, & robur, cū quis eo℞ exercitatiōem relaxarit : hinc malignitatem iterum uertitur. Nullomodo igitur negligēdū ē, neq; pcedendū uobis ad subitā uoluptatē. Magnū. n. opus ēē existimo uel pricipiū agere, multo etiā maius q̄ icœperit : id tueri. Nā incipere sæpe illius fuit : q̄ præstiterit audaciā solū. Sed cōtinere : quod cœperit : nō etiā hoc sine temperantia, nō sine cōtinētia non sine multa diligētia fit. Quæ nūc cognoscētibus nobis longe magis uirtus est exercenda, q̄ prius i his bonis adipiscēdis : cū nō simus nescii, quando plura qs habeat : tū plurimos & inuidere illi & insidiari, & hostis fieri : maxīe si ab inuitis & possessiones & seruos habeat : ut nos hēmus. Atq; deos quidē putandū est nobiscū fore : Nō. n. īsidiis usi hæc iiustē possidemus Sed in sidiis appetiti ultiōem cepimus. Quod aūt optimū sit nobisipsis posthac : parandū ē. Hoc aūt ē : ut q̄ meliores sunt : eos dignos existimēus : q̄ subditis imperent. Aestus igitur, ac frigoris, & cybo℞, & potuū, & laboris, & sopni necesse ē seruis etiā patrē facere. Sed quo℞ eos participes facimus : in his enitēdum est : ut præcipue meliores, q̄ ipsi ēē apareamus. Scietiæ uero militaris meditationisq; hi oīno participes faciundi non sunt :

ſunt : quos & oparios noſtros & tributarios uolumus poſſidere. Sed eos debemus hiſce exercitatioibus præſtare ,nõ ignari deos hoinibus demõſtraſſe hæc libertatis felicitatiſq; iſtrumẽta. Et quẽadmodũ illis arma abſtulimus : ita nosipſos oportet ſine armis nunq̃ ẽẽ: cũ bene nouerimus ,qbus arma ſunt sẽper ,pxime : hiſce familiariſſima etiã ẽẽ :quæcunq; uelit .Quod ſi quiſq̃ talia cogitat :qd igitur nobis ,pdeſt peregiſſe: quæ cupiebamus ſi etiã opus fuerit tolerare & fameſcendo ,& ſitiẽdo , & curãdo , & faciendo : illud ſane ſciendũ ẽ eo bona maiorẽ afferre lætitiã : quo magis q̃s labore ãtecedẽte ad ea pueniat. Labores .n. obſoniũ ſunt bonis uiris : Nam ſiquis nulla re egeat: nihil a deo paretur sũtptuoſe: ut ſuaue ſit. Quod ſi hæc nobis parauit numẽ :quæ homines cupiũt maxime : & aliq̃s, quo ſuauiora uideantur : hæc parabit ſibi , uir huiuſmodi tanto plus habiturus earum rerum , quibus uita eget :ut in fame ſuauiſſimos ſit cybos conſecuturus : & in ſiti ſuauiſſimis potibus perfructurus , & cum eſt opus quiete : ſuauiſſime quieturus Quapp dico nunc nos decere intẽdere ad probitatẽm: quo tũ bonis q̃ optie & q̃ſuauiſſime perfructuri ſimus : tũ eius ſimus impiti : quod eſt oium moleſtiſſimũ : Nõ enim ita moleſtũ eſt bona non habuiſſe , q̃ hũc q bona habuerit : iis priuari permoleſtũ . Cogitate etiã illud : qua poſſimus iduci cauſa : ut ſimus peiores : q̃ ãtea fuerimus . Vtrũ quoniam iperamus ? At nequaq̃ certe conuenit eſſe principem q̃ ſubditos improbiorem . an quõniã nũc uidemur feliciores eſſe ,q̃ prius ? Paſtea dicet aliquis uitiũ felicitatis tutelã gerere . Nũ quoniam ſeruos adepti ſumus: i hos animaduertemus.ſi improbi fuerit? At qd cõuenit : ut q im,pbus ſit. ,ppter iprobitatẽ aut ignauiã alios puniat ? Vobiſcũ præterea hoc aio

uolũtate parasse nos multos alere. & nostrarum domorũ & corporum custodes. Sed qui turpius non sit: si putabimus spiculatorẽ cõsequi ad salutẽ nostrã: ipsi aũt nobis ipsis spiculatores nõ erimus? Atq bene oportet nosse nõ esse aliã custodiã talẽ: qualis si ipse quisq̃ honestus bonusq; sit. hoc .n. cõsequatur: oportet. Ei uero q uirtute caret: neq; aliud quicq̃ decet pulchre ẽẽ. Quid igitur censeo ẽẽ faciũdum, & ubi uirtutẽ exercendam, & ubi meditandũ? Nihil noui dicam o uiri amicissimi. Sed quẽadmodũ inter persas homotimi in principiis degunt: ita affirmo uos oportere, cũ hic estis: homotimos oĩs exercere: quæ illic etiã exercebatis: & cũ me uidetis consyderate parentes: si degero eorũ diligentiã habens: quæ oportet. Ego uos quoq; consyderans intuebor. & quoscũq; uideã honestis rebus bonisq; studere: hos equidẽ honoribus prosequar. At filios quoq; q cunq; nobis nascũtur: hic istituamus: Ita .n. & ipsi meliores futuri simus: si uelimus præbere nosmetipsos liberis nostris q̃optima exempla: & liberi ipsi nec etiã, si uelint: facile fiant improbi: quippe qui nihil turpe neq; uideant: neq; audiant. & in studiis honestatis bonitatisque uersentur.

XENOPHONTIS DE CYRI PAEDIA LIBER

O C T A V V S.

c Yrus quidem ita locutus est. Chrysantas uero post eũ surgens in hũcmodũ orõem habuit: Verũ ego uiri sæpenumero etiã alias cogitaui bonum principẽ nihilo differre a bono patre: Nã & parentes filiis

prouident

prouident: ut bona his nunquam sint defutura. Et Cyrus uidetur mihi nunc ea nobis consulere a quibus maxime in felicitate possimus ad ultimum usq; finem perseuerare. Quod autem mihi uidetur minus, q̃ oportu erat: ostendisse: hoc ego iis enitar ostẽdere: q ignorãt: Cogitate.n. & quæ urbs hostilis capta sit ab obedire nolentibus: & quæ amica ab iis q parere nolit: seruata sit: quæ etiã obediẽtiã nõ præstãtiũ sit acies uictoriã consecuta: Quo aũt pacto magis homines uincantur in pugna: q̃ ubi ceperint priuatim quisq; de sua salute cõsultare: Quod etiã aliud bonũ præstetur ab iis: q melioribus non parent: Quæ urbes legitie habitẽtur: uel quæ domus seruentur: quo pacto naues, quo opus sit: perueniant: Nos uero quæ hoc tẽpore habemus: bona ob quam rẽ aliã magis adepti sumus, q̃ ob præstitam obedientiam principi: Propter hoc.n. & noctu & die tum quamprimũ uenimus: quo oportuit: tum frequentes principem sequentẽs nullo utebamur otio: queq; iussa erant: eorum nihil semiperfectum linquebamus. Si igitur principi obedire maximum apparet esse bonum ad bona adipiscenda: ita uobis exploratum esse debet: quod etiam idem hoc ad seruandum quæ oportet: maximum est bonum. Et antea quidem multi nobis imperabant, at imperabamus nemini. Nunc uero ita parati estis: quod imperatis, alii quidem pluribus, alii uero pauciotibus. Queãdmodũ igitur ipsi dignũ ẽẽ existimatis uestris subditis impare: ita etiã nos iis pareamus: quibus decet. Tantum aũt inter nos decet seruosq; interesse: quantum serui ipsi inuiti heris ministrant. Nobis aũt q dignũ putamus libertate uti: ultro faciundũ est: quod plurimi uidetur æstimandũ. Inuenietis quoque, ubi sine unius principatus urbs habitatur: quæ maxĩe

uult parerere

uult parere principibus : hāc minime ab hostibus ad o
bœdiēdū cogi. Adsimus igitur : ut cyrus iubet : ad hoc
principiū. & ea exerceamus : per quæ maxie cōtinere
poterimus : quæ oportet. atq; præstemus nos ipsos : ut
Cyrus utatur : ad quodcūq; opus sit : Et eni ñe hoc qdē
latere nos debet, nullo modo Cyrum inuenire posse :
quod propter suum bonum nobis usurus sit, non autem
propter uestrū : quoniam eadem nobis conducunt : &
iidem nobis sunt hostes, Posteaq̄ chrysantas hæc locu-
tus est : ita etiam alii multi surrexerunt & persæ & socii
eadē cōsentientes, Decretūq; ē : ut uiri optimates sēper
adēēnt ad ianuas : seq; utēdos præberēt : ad qdquid cyrus
uellet donec eos dimitteret. Et quēadmodū tū ē decretū
ita hoc etiā : tempore ii faciunt : qui in asia sub regibus
sunt constituti. celebrant principium ianuas. Sicuti
uero demōstratum est in oratione cyrum cōstituisse ad
custodiendū principatū sibi & persis : hæc item reges,
qui post illū secuti sunt : legitima hac quoq; tempestate
obseruant. Et haec quoq; ita habent : quemadmodum
item alia : quando princeps melior sit : puriora iura cō
stituit : quando uero deterior : nequiora. Ibant igitur
ad Cyri ianuas uiri optimates cum equis & lanceis pro
communi consensu optimorū uirorum omnium : qui im
perium subiugarant. Cyrus uero ad alia quidem consti
tuit alios : qui diligntiam haberent, Erātque ei & cen
suum suspectores. & datores sumptuum. & operam
præfecti. & custodes possessionum. & rerum necessa
riaꝝ ad uictum qui curam gererent. Atque equorum
item. & canum illos constituit diligentiam habere : quos
existimabat reddituros hæc pecora ad usum suum quā-
optima. Quos uero putabat ad suæ felicitatis custodiā
habendos : ut hi q̄ optimi forent : minime rei huius dili-
gentiam

gentiam aliis imperauit. Sed hoc suum esse putabat officium: sciebat enim si quando pugnandũ eẽt: ex his ẽẽ sibi legendos: & q interessent: & q præessent: quibus cum maxima sunt pericula. Et centuriones quoque peditumque & equitum norat ex his esse constituendos. Quod sicubi sine sese ducibus opus esset: sciebat illos ex hisce mittendos esse. Sciebat etiam quibusdam horũ utendũ ẽẽ custodibus ac satrapis & urbiũ & omniũ gentium: Ac itẽ oratores quosdã ex his mitti oportere id quod ducebat in maximis ẽẽ rebus ad ea sic bello consequenda: qbus egerẽt. Quare ubi nõ essẽt hi qualis oportet: ex quibus maxie ac plurimæ res forent gerendæ: futurum censebat: ut res suæ male haberent. Sin hi essent: qualis oporteret: putabat omnia pulchra fore. Itaq; ita sentiens in hanc diligentiam accingebatur. Arbitrabatur præterea eadem uirtutis exercitationem sibi quoque esse debere: Non enim existimabat fieri posse, ubi ipse minus foret: qualem deceret: ut alios incitaret ad illustris bonasque actiones: Hæc ubi cogitauisset: putauit primum otio opus esse: si uellet diligẽtiam habere rerum optimarum: Itaque ut census negligeret: putabat haudquaquã fieri posse: quippe qui prouideret multã necessario faciundã ẽẽ impensam in magnũ imperiũ, præterea cũ multæ essent possessiones: si uellet ipse circa hasce uersari semper: sciebat multam sibi futuram occupationem ĩ adhibenda diligentia circa omnium salutem. Itaq; sic consyderans quo & res familiares recte haberẽt: & ipse foret otiosus: excogitauit quodãmodo ordinẽ rei militaris. Nã ut frequẽtius decuriones decuriarum curam habent. & manipulorũ ductores decurionũ, & millenarii manipularium ductorum, & qui decem millibns praesunt: millenariorum:

rum :Et hoc pacto nemo negligitur:ne si admodum multa quidem sint dena hominum millia :Cumque dux uelit uti ad aliquid agendum exercitu : satis est : si iis præcipiat : qui singulis denis millibus sunt præfecti. Vt igitur hæc habēt hoc pacto.sic etiam cyrus summatim complexus est domesticas actiōes: Itaque ei cū paucis loqui opus erat : quo neque res domesticas neglectui habere Et ex hinc maius ei otium erat quam alii : qui unam domum , & unam curaret nauim . Quare cum ita cyrus res suas domesticas constituisset : docuit etiam suos milites : ut hoc ipsi ordine uterentur . Sic igitur otium & sibi parauit & militibus suis : Cœpit enim instruere : cuiusmodi familiaris suos esse oportet . Primum quot quot satis ali possent: aliis agriculturæ studebimus : hos ce , nisi adessent ad ianuas : requirebat , ratus fore : ut qui adessent : ii nollēt neq; malū , neq; turpe aliquid agere : tū quoniā essent apud principem : tum quia nosset a uiris præstantissimis uideri : quid agerent : Qui autē non adessent : hos arbitrabatur uel ob incōtinētiam ab esse , uel ob iniusticiam , uel ob negligētiam . Quare hoc ratus cogebat huiusmodi uiros adesse:quoniā iuberet : qui apud se esset maxime amicus: huic liceret eius bona recipere : qui non adesset : ac dicere sua capere. Cū igitur hoc fieret : ueniebat continuo ii , quibus bona ablata eēnt : tanq̄ affecti iniuria . At cyrus quidē diu huiusmodi uiris audiēdis non attēdebat :quos ubi audisset, disceptationē diiudicare in multum tēporis differebat, quæ faciens arbitrabatur eos assuefacere ad praestādū obsequm , minusq; sibi fore inimicos: q̄ si ipse cœgisset per animaduersionē adeē . Vt igitur adessēt : unns ei hic erat docendi modus . alius uero : quo præsentibus imperabat : & quæ facillima essent : & quæ maxime fru-ctuosa

ctuosa. Alius aũt: quo nihil unq̃ absentibus tribuebat, sed maximus necessitatis his erat modus: si horũ nemi nem exaudiret: cuius bona, quæ abstulerat: alii dedis set: quẽ putaret sibi tempestiue adẽẽ posse. Et ita utilis ei amicus pro inutili reddebatur. Requirit etiam qui nunc rex est: siquis eorũ absit: quos adesse conuenit. Qui ergo minus adessent: ita iis cyrus aduersabatur. Qui uero seipsos præberent: eos putauit maxime ad res præclaras & bonas posse incitari: Quoniam exi-stimabat ita iure in illos imperium gerere si operã da ret: ut subditis declararet se omnium esse uirtute or-natissimum: sentire enim uidebatur etiam propter scri ptas leges homines fieri melioris. At hominum princi pem ratus est uidentem legẽ ẽẽ hoĩbus: quõiã satis est: q & moderetur: & uideat: puniatque delinquentem. Ita igitur sentiens, primum quidem seipsum hoc tempore ostendebat studere magis diuinis rebus: quoniam esset felicior. Et tum primum magi cõstituti sunt. & laudes semper, simul ac dies illucesceret: cãebat ad deos: & sin gulis diebus iis diis sacra faciebat: quibus magi dicerẽt. Sic igitur quæ tum constituta sunt: hac etiam tempesta te perdurãt apud eũ semper: q rex est. Itaque his in re bus primum imitabantur eum alii itẽ persæ, rati se quo que felicioris fore: si deos colerent: quẽadmodũ is: q & felicissimus esset & principes: Quae facientes exi stimabant se cyro rẽ gratissimã facere. At ille suorum pietatem sibi etiam conducere arbitrabatur: quippe qui putaret quemadmodum qui nauigationem eligunt cum piis potius eligere solere, quam cum iis homi nibus: qui impie aliquid uideantur ꝑpetrasse. Ad hæc se cum animo reputabat, si omnes sui familiares pii essent

in deum

8

in deum: minus eos uelle & inuicem & aduersus seipsũ nefarri quicquam facere, ratus se beneficum esse erga familiaris: Liquidum praeterea hoc faciens se plurimi ducere: quod neminem neque amicum neque socium afficeret iniuria, sed ius ipsum uæhementer intuens, magis etiam alios a turpi quæstu abstinere arbitrabatur: per iusticiam uero locupletari uelle. Atque pudore existimabat magis omnes affici: si ipse ostenderet ita sibi omnis pudori esse: neque dicere neque facere turpe aliquid auderet. Hoc autem ex hac re ita fore cogitabat: quod non principem solum uerum etiam eos, quos minime timent magis pudentis, quam impudentis homines uerentur. Et mulieres item quascunque pudentis senserint: magis etiam qui eas uidẽt pudori habere uolunt. Et obœdire quoque ita rebatur maxime permanere in suis posse: si manifesto magis eos honoraret: qui sine excusatione obœdirent: quam qui maximas etiam laboriosissimasque uirtutes præstare uideretur. Hoc autem & sentire ita & facere perseuerabat. Cumque suiipsius temperantiam ostenderet: faciebat: ut eam magis omnes exercerent: Cum enim uideant homines, cui maxime licet uti contumelia: hunc uiuere temperanter: ita magis imbecilliores ipsi nulla uti contumelia uideri uolunt. At pudorem & tẽperantiam hac ratione diuidebat: quod pudentes quae turpia sunt: in propatulo fugerent: temperantes uero ac pudici etiã in obscuro. Et continẽtiã hoc pacto maxĩe arbitrabatur exercendam: si sese ipse ostẽderet minime p subitas uoluptates abstrahi a bonis actionibus, sed potius laborẽ suscipe primũ una cũ honestate uelle sese q̃ uoluptates. Ergo Cyrus cum talis ẽẽt: facit: ut in foribus multa ẽẽt deterioꝝ modestia cedentinm melioribus

multus

Temperantia C[illegible]

D[illegible]ria inter pudorẽ et temperãtiam

multus etiam pudor atque decorum, inuicem. Insuper etiam cognosceres illic neminem neque irasci clamore, neque gaudere risu per contumeliam. Sed si eos uideres: uero existimares uiuere decore. Res igitur huiusmodi facientesque uidentesque degebant in foribus. Praeterea bellicae exercitatiōis gratia eos ad uenationē educebat: qbus hæc exercēda existiabat. Hāc exercitationē rer̨ bellicar̨ ēē oio ratus optimā eqstris aūt uerissimā. Hæc.n. in omnifariā locis equitātes maxie ostēdit: quoniam insequi oporteat feras fugientis. & hæc item reddit ab equis maxime agi is ad obœdiēdum opus: quōiam capiantur & cupiditate & honoris studio, & hic et maxime familiaris assuefaciebat ad ferendam & continentiam, & labores, & frigora, & calores, & famē, ac siti. Atq; hoc etiam tēpore rex ac regis familiares hæc assidue faciunt. Quod igitur existiaret nemīnē iperare decere: qui melior subditis non esset: & ex antedictis omnibus patet: & quoniam ita suos exercens, multo etiam magis ipse exercebat & continentiam & bellicas artis meditationesque: Et enim ad uenationem alios educebat: quando aliqua manendi necessitas non esset. At ipse in necessitate quoque domi uenabatur eas feras: quae in hortis alebantur. Atque ipse nunquam ante q̄ sudasset: cænam capiebat: nec eqs priusq̄ essent exercitati: pabulum iniiciebat: Quin etiā ad hāc uenationem inuitabat sceptriferos suos. Itaque longe ipse ī omnibus honestis operibus excellebat: longe etiam sui præstabat ob exercitationem assiduam. Et de se quidem tale praebebat exemplum. Praeterea alios quoque & muneribus & magistratibus, & cōsessibus & omnibus donabat honoribus: quos maxime intueretur, quae honesta sunt: sequi. Itaque multam omnibus iniiciebat

8

ciebat ambitionem : quo quisque Cyro optimus uidere tur. insuper de cyro uidemur didicisse: quod non hac re solum decere existimabat princeps subditis præsta re : quod iis forent meliores : Sed etiam existimabat opus esse : ut ornatu corporis eos allicerent. Itaq; eligit stolam medicam & ipse ferre: & ut familiares ea indue rentur: persuasit. Hæc enim uisa est ei occultare : siquis defectum aliquem haberet in corpore : Præterea ea in dutos & pulcherrimos & maximos ostendere : Et enim calceos talis habent : in quibus, qui eos ferunt: clam ali quid subiiciant : quo maiores esse uideantur : quam sunt. Sinebatque : ut oculos suppingerent coloribus : quo pulchrioribus, quam sunt : oculis esse uiderentur: & fricarentur : ut melius uiderentur colorati : quam natura essent. Exercuit eos insuper : ut neque spuere neque mucum emittere apparerent. Præterea ne ad quenquam spectandum conuerterentur: perinde quasi mirarentur nihil. Oia uero hæc existimabat aliqd affer re quo minus forent subditis cōtēptui. Quos igitur cē sebat dignos: qui aliis præessent : ex seipso ita composu it : ut & meditarentur : & uenerabiliter iis præessent. Quos item constituit ad seruiendum: horum nemiem incitabat ad meditandos ingenuos labores : neque assen tiebatur : ut hērent arma. Ver℞ curabat : ut neq; sine cy bo unquam essent, neq; sine potu ingenuar℞ meditatio nū gratia : Et eni quando immitterent: ut agerent feras ī campos equitibus : cybum in uenationem his ferre per mittebat : librorum autem nemini. Et quando inter fa ciūdum ēēt: agebat eos ad aquas, ut iumeta, Cūq; ēēt prā dēdi tempus: eos expectabat: dōec al͛qd ēēnt: ne esurirēt Itaque hi quoque eum, ut uiri optiates, patrē uocabāt :

quod sui

quod suiipsorum haberet curam : quo indubitato sem per mancipia forent. Atque uniuerso quidem Persarum imperio hoc pacto parait securitatem. Sibi uero ne a subiugatis periculi quicquam esset ad nocendum : ualde audebat: Et eim existimabat eos esse molis: quos etiam intemperãtis intueretur. Præterea neque horum quicquam ei appropinquauit, neque noctu neque interdiu. Quos autem & optimos putabat : armatosq; ac frequentis intuebatur :aliosque eorum equitum esse duces, alios peditum :multos etiam eorum animis elatis esse sentiebat :ut qui satis essent ad imperandum : ii & eius custodibus maxime erant proximi : & Cyro ipsi horum multi sæpe commiscebantur: Necessario enim iis erat usurus. Per hos igitur quoque periculum erat maxime, ne quit pateretur : multis modis. Quare consyderans, quo etiam ab iis tutus esset: nam his auferre arma, atque eos imbellis reddere reprobauit: & iniustum id ducens & imperii solutionem hoc arbitratus, quod rursus eos non admitteret : seq ie ostenderet : fidem his non habere, arbitrabatur principiũ esse belli. Vnum autem quiddam horum omnium nouit & optimum esse ad securitatem sui & pulcherrimum :si facere posset eorum præstantissimos sibi amicioris : quã ipsi inter se forẽt. Quomodo igitur uidetur nobis adeptus ille eorum amorem hoc enitemur ostendere : Primo enim assidue semper humanitatem animi maxime quoad poterat: declarabat, existimans quemadmodum nõ facile est illos amare : quibus se odio esse putant neque beniuolos esse maliuolis: ita etiam: q̃ cogniti fuerint amare & bẽiuoli esse: haud quaquam fieri posse: ut his odio sint: q amari sese arbitrantur. Donec igitur pecuniis imbecillior fuit ad beneficiũ

conferendũ

conferendum :tum prouidendo sociis ac familiaribus?, tum anticipando labores, tum quod perspicuum face ret se lætari eorum bonis malisque tristari : hisce rebus studebat amiciciã uenari, Vbi autem factum est: ut ipse posset pecuniis esse benefitiis : uidemur sane cognosce re nullum esse beneficium hominibus erga homines gratius, quam quæ ab eodem fit uictitandi sumptu cybo rũ potuumq; collatio, Hoc aũt cyrus ita ratus, primum constituit ad mensam suam: ut quibus ipse conuiuium faceret :his similia semper esculẽta ac sibi appõeretur: quã satis esset p multis hoibus. Quæcũq; aũt apposita eẽnt: hæc oia, præterea: qbus ipse cõuiuæq; uterentur: di stribuebat, quibus uellet amicorum memoriam ostende re uel benignitatem. Mittebat etiã singillatim adhos qui bus delectaretur aut in custodiis, aut in famulatibus, aut in quibuscunque actionibus, hoc sane significans q, se nõ lateret ea ẽẽ illos uolũtate, ut sibi gratificarẽtur honorbat etiam seruos a mẽsa: cũ aliquẽ laudaret & uni uersum seruorum cybum in sua mensa ponebat, ratus etiã hac re inducere in eos quandam beniuolentiã : quẽ admodum in canes, Quod siquem ex amicis uellet a multis coli : ad hos quoque mittebat a mensa: Et.n.nũc item quibus uideant aliquid mitti a mensa regis : hos omnes magis colunt, rati eos esse honorificos: & q satis sint ad trãsigendum :siqua re egeant. Præterea non so lum horum quæ diximus : gratia delectant ea : quae mittuntur a rege, uerum etiam quia uoluptate certo plurimum præstant : quae a regis mensa mittuntur. Quam rem ita habere non est mirandum : Nam quẽ admodũ aliæ artes in magnis urbibus excellentius labo rantur: eodemodo regis esculẽta sũt lõge præstantius la borata: In puis .n. urbibus iidem faciunt lectum, ualuas

aratrum,



aratrum , mensam . Persæpe etiam hic idem & ædificat & contentus est : si accipiat hoc pacto : a quibus per datas operas ipse sat ali queat. Non ergo fieri põt : ut qui multis utitur artibus:is homo omnia pulchre faciat. At in magnis urbibus quia multi singulis egent : satis est una etiam cuique ars ad alendum ,ac sæpe:ne tota quidem una , sed calceos facit hic uirorum , ille mulierum . Est etiam ubi altr qui calceos facit:eos neruo solum consuens sibi uictum parat ,alter aũt scidens . hic tunichas duntaxat incidens , ille uero faciens horum nihil ,Sed incisa componens.Necesserio igitur qui in breuissimo uersatur opere:hic uel optie cogitur hoc facere Idem etiam hoc patiuntur : quæ pertinent ad uictum : cui enim idem lectum sternit : mensam ornat massam & obsonia alias alia atque alia facit:necesse est hunc ita in iis habere ut singillatim accidit. Vbi uero satis est operis uni unum ,carnes elyxare , alii assare , alii item piscem elyxum facere ,alii assatum :alii uero facere panes ,& ne hos quidem multiplices :sed satis est : si praebeat speciem unam pulchre:necesse sit,ut arbitror:haec quæ ita fiunt: longe excellenter facta esse. Qui igitur res faceret:huiusmodi esculentorum cultu longe omnes excellebat. Vt uero aliis item rebus obsequens cyrus lõge præstabat:hoc eq̃dẽ nũc enarrabo: Nã cum multo ceteris hoibus supior ẽẽt ĩ plurimis cẽsibus capiũdis:multo ẽt magis eos supabat in donãdi magnitudie . Cyrus igitur hoc incoepit : quod hac quoque tempestate in regibus perseuerant in magnis muneribus faciundis: Cui enim ditiores amici õstendũtur quam persarum regi? Quis ẽt pulchrioribus uidetur stolis suos ornare , q̃ rex? cuius dona cognoscuntur , ut regio quædam harmillæ, torques , equi frænis insignes aureis ? Non .n. licet illic

cet illic cuiquam hæc habere: cui rex nõ dederit. Quis item alius dicitur donorum magnitudine efficere: ut rex anteponatur fratribus, parentibus filiis? Quis alius quoque potuerit inimicos distantis multorum dierum iter punire ut rerum pesarum? Quis præterea alius qui subiugasset imperium: est a subditis uocatus pater, cum diem obiit: quam Cyrus? Hoc autem nomen benefici uidelicet magis est, q̃ eius: qui auferat. Didicimus præterea Cyrum, & regis oculos, qui uocãtur: & regis auris non aliter adeptum esse, quam munerando honorãndoque: cum illos enim magnis afficeret beneficiis: qui nunciassent: quæcunque sibi pro tẽpore ẽẽnt audienda: fecit: ut homines multi & auribus audirent: & oculis uiderent: quam nuncii suis utilitatem regi essent allaturi. Hinc igitur existimati etiam sunt multi esse oculi regis & multæ aures. Quod si qs putat unũ expetẽdũ oculũ regi ẽẽ. nõ recte putat: Vnus enim pauca & uideat: & audiat: essetque alius quasi negligentia quædã indicta: si hoc uni foret imperatum. Praeterea, quem cognoscerent esse oculum: hunc scirent cauendũ ẽẽ, sed nõ ita hẽt. At res oẽs audit: q dicũt se aliqd audisse aut uidisse dignũ diligentia. Sic igitur multæ existimãtur esse regis aures & multi oculi: metuũtq; ubiq; ea dicere: quæ minus regi conducant, tanquam eo uidẽte: & ea facere: quæ non prosint: quasi eo præsente. Non modo nemo ausus esset memorare mali quicquam de Cyro cum aliquo: Sed ita quisque ei erat affectus: tanquam essent in omnibus oculis atque auribus regis præsentibus semper. Quod autem ita hoĩes erga eum essent affecti: eqdẽ nescio: quã aliqs causã potiorem afferat: q̃ q, pro paruis magna beneficia referret. Et quod magnitudine numerum excelleret:

non est

Cyrus vocatus Pater

non est mirandum: quoniam esset ditissimus: Sed quod cultu ac diligētia. qui rex esset: amicos antecelleret. hoc sane admirabilius. Ille igitur narratur nulla re, ubi superaretur: ita manifesto pudore affici consuesse, ut amicorum cultu: Et eius oratio memoriæ prodita est: cum diceret similia esse opera boni pastoris & boni regis: Nam & pastorem decere id præstare: ut pecora habeant feliciter, & iis uti: si tandem pecudum est felicitas: & regem identidem decet urbes atque homies felicis facere, & iis uti. Nihil igitur mirabile, si hac esset sentētia: ut pertinaciter uellet omnis homies obsequio præstare. pulchrum etiam documentum Cyrus dicitur Croeso demonstraste: quando ab eo admonebatur fore: ut in multa largitione pauper fieret: cum liceret ei uni uiro quamplurimos auri thesauros domi reponere: & cyrum dicitur percūctatum: & quot iam mihi pecunias futuras fuisse arbitraris: si aurum collegissem: ut ipse iubes: ex quo tempore sum in imperio? Croesumq; respōdisse magnum quendam numerum: atque Cyrum ad hæc dixisse: Age igitur Croese mitte uirū una cū hoc hystaspa: cui tu maxie credis. Tu uero hystaspa circū amicos āicos dic eis me auro egere ad opus quoddā. Et. n. uero egeo: eisque iube: mihi præbeant pecunias: quascūque singuli queant. scriptā autē obsignatāque epistolā dent ferendā Croesi famulo. Haec autē, quæcunque dixerat: cū scripsisset: obsignassetq; litteras: eas hystaspæ ad amicos dedit: scripsitque ad omnes: ut hystaspan exciperent, ut amicū suū. Cū igitur amicos circuisset: hystaspas: & Croesi famulus epistolas tulisset: ait hystaspas o rex cyre etiam me iam ut diuite decet uti: Adsum enim multis donatus mūeribus ob litteras tuas: Et cyrus ait unus igitur iā etiā hic nobis croese thesaurus ē, alios uero

ipse in

Croesus
Cirus

thesaurus in amicis

8

ipse intuere: & supputã: quot pecuniæ sunt paratæ: si quid mihi utẽdũ sit. Supputatis igitur Crœsus pecuniis multo plures inuenit: q̃ Cyro dixerat futuras fuisse iã in thesauris: si eas collegisset. Quod ubi patuit: Cyrus dixisse traditur: Videsne croese mihi quoq; esse thesauros? At ipse mihi iubes: ut eos collectos apud me habeam: ut propter eos & inuidiæ sim & odio: ac fidem habeam mercẽnariis custodibus: quos iis præfecerim. At ego dum amicos diuites reddo: hos mihi thesauros esse puto: & custodes simul tum meiipsius, tum meorum bonorũ lõge fideliores: q̃ si præsidiarios stipẽdiarios præfecissem. Atque aliud item dicam tibi: Ego enim croese quod dii dederunt animis hominum: qui omnes identidem pauperes fecerunt: hoc ne ipse quidem possum esse superior. Sed insatiabilis sum pecuniarum quemadmodum alii. Verum ego hoc mihi uideor multitudini præstare: quod hi posteaquam plus, quam satis est adepti fuerint: alias suas pecunias defodientes, alias marcescere facientes, alias numerantes, metientes, expẽdentes, uentilantes, custodientesq; turbationes habẽt Et ipsas tamen cum intra ædes tot habeant: neque comedũt plus: q̃ ferre possunt: frangerentur enim: neq; induuntur plus: quam ferre etiã queũt: Suffocarentur enim. Sed pecuniæ superuacaneæ negotia afferunt. Verum ego ministerium præsto diis immortalibus: ac pluris pecunias semper desydero: quas cum adeptus fuero eas: quas mihi uideo superesse: his indigentias amicorũ leuo & diuitiis homines & beneficiis prosequens, Ex iis beniuolentiam & amiciciam mihi comparo. Ex iis uero hominibus fructus mihi fit, securitas, & bona nominis fama: quæ neque marcescunt: neque quo plura sunt: corrumpuntur. Sed gloriæ quo plus est: eo & maius

& melius,

& melius, & ad ferendum fit leuius. Sæpe etiam magis eos leuat: a quibus fertur. Vt autem hoc etiam scias Croese: ego non eos felicissimos duco: qui pecunias plurimas habeant: & possideant: hoc enim pacto qui muros custodiunt: essent felicissimi: quippe qui omnia, quæ sunt in urbibus: custodiunt. Verum qui & comparare plurimas pecunias iuste possit: & iis uti honeste plurimis: hunc ego felicissimum esse puto eiusque pecunias. Atque hæc Cyrus dilucide faciebat: quemadmodum etiam dicebat. Ad hæc cum Cyrus cogitasset permultos homines, si quidem bona ualitudine utantur: parari: ut sint necessaria habituri ea que reponere: quæ usui sunt ad uictum beneualentium Vt autem si ægrotarint: afforent utilia: huius rei nõ admodum eos habere diligentiam. uidebat. Itaque existimauit circa hæc quoque sibi elaborandum: medicosque optimos ad sese accersiuit: ut cum his loqueretur: & quæcunque uel instrumenta utilia esse dixisset aliquis eorum uel uenena uel esculenta uel potulenta: hæc omnia parata seruabat apud sese. Consyderabat etiam: quando quis eorum ægrotaret: quid esset curandi tempus: præbebatque omnia: quibus opus esset. Habebat etiam medicis gratiam: cum quis sanasset quenquam eorum: quos ab illis sanandos accepisset. Hæc igitur huiusmodi quam permulta moliebatur: ut apud eos excelleret: a quibus amari uellet. Quarum autem rerum & certamen pronunciabat: ac præmia proponebat: uolens iniicere contentionem de pulchris bonisque operibus: hæc Cyro laudem afferebant: quod curaret: ut uirtus exerceretur. Et optimatibus quidem hæc certamina inuicẽ iniiciebant & litis & pucacias. Insuper ut legem cyrus cõstituit: quæcunque

diiudicãda

diiudicanda essent siue ciuili causa siue concertatione: ut ii, quibus diiudicatione opus esset: refugium haberet ad iudices. Perspicuum igitur erat: coniectare solitos ipsos aduersarios optimorum amicissimorumque iudicũ ambos aliquid. Victus autem his, qui uicerant: inuidebat: & qui non pro se sententiam tulissent: eos oderat. Qui item uicerat: simulabat iure uincere. Itaque existimabat gratiam debere nemini. Et qui amicicia primi apud cyrum esse uellent: quemadmodum in urbibus alii, ita etiam hi inuide inuicem habebant. Itaque plures malebant alter alterum e medio tolli, quam una agere inuicem boni quicquam. Et hæc declarant Cyrum moliri solitum: ut ii, qui potentissimi essent magis eum amarent: quam seipsos inuicem. Nunc autẽ iam enarrabimus: quo pacto primum Cyrus emisit e regia: etenim emissionis uenerabilitas uidetur nobis ars una ex his: quæ moliuntur: ne ĩperium sit contemptui. Itaque primum ante quam egrederetur: uocatis ad sese & persis & aliis, qui præerant: magistratibus, distribuit inter eos stolas medicas. Et tum primum per sæ medicam: stolam induti sunt: & cum eas distribueret simul haec uerba ad eos loquebatur se emittere uelle ad delubra diis immortalibus constituta, ac simul cum illis sacra facere. Adeste igitur, inquit: ad fores stolis hisce ornati ante solis ortum: constituiminique: quemadmodum uobis uerbis meis nunciarit pheraulas Perses. Cumque ipse ducam: eritis in ea, quæ uobis dicta fuerit: regione. Quod si uestrum alicui aliter uidetur melius: quam ut nunc immittamus: cum reuerterius is me doceat: Vt. n. pulcherrimum atque optimum esse uobis uideatur: ita singula constituenda sunt. Vbi autem primariis distribuit stolas pulcehrrimas: extulit alias quo

que

que stolas medicas : Permultas enim parauerat, nihilo parcens neq; purpureis, neq; ferrugineis, neq; puniceis neq; carycinis uestibus. Cunq; horũ amictuum partem singillatim distribuisset inter duces : his iussit : ut amicos suos hisce uestibus ornarent : quẽadmodum, inqt : uos estis a me ornati. Et quidam ex præsentibus eũ interrogauit, Tu inquiens o Cyre quando ornabere? Respondit autem Cyrus, Non enim uideor nunc uobis ipse ornari : dum uos orno? Ergo siqueam in uos amicos esse beneficus : apparebo etiam in stola, quam habeo : pulcherrimus. Sic igitur illi abeuntes accersitos amicos stolis ornabant. At Cyrus arbitratus Pheraulan, qui erat ex ordine plæbeio : & callidum esse, & elegantem, & modestum, & sibi gratificandi studiosum : qui olim de singulis pro dignitate honorandis internuncius fuit : hunc igitur ubi uocasset : consuluit : quo pacto esset facturus : ut emissio beniuolis uisu pulcherrima foret, inimicis autem maxime formidabilis? Vbi uero ipsis consyderantibus eadem ambobus sunt uisa : cyrus pheraulæ iussit curandum : ut cras ita fieret emissio : ut uisa est pulchre habere : Ego enim dixi : ut tibi de emissionis ordine parerent omnes. Verũ quo libentius te præcipientem audiant : fer tecum hasce tunichas ad spiculatorũ duces. Equitibusq; uocatis, dato has etiam equitum ducibus. Et curruum ductoribus hasce alias tunichas. Pheraulas igitur ferebat tunichas acceptas. Quem duces ut uiderunt : dicebant : magnus iam sane tu es pheraula : quando quidem iussurus es nobis faciunda. Nõ equidẽ respondit pheraulas. Non solũ enĩ nõ uidebo : ut uidetur : sed ferã etiã sarcias. Itaq; nũc fero hos duos amicis alterum alteri. Et tu quidẽ horum cape : utrũ ipse uis. Exhinc igitur ille accepto amictu inuidentiæ est

oblitus ;

oblitus : continuoq; eum consulebat : utrum cāperet. At pheraulas ubi cōsuluisset : uter ēēt melior : dixissetq; si me accusaueris : quod tibi optionem dederim : rursus cum ministrauero : me utere altero ministro. Pheraulas cum ita ut iussus fuerat : tunichas distribuisset : continuo ea curabat : quæ ad egressionē regiam pertinebāt quo singula habitura ēēnt q̄pulcherime. Cum uero dies posterus factus esset : oīa ante lucē erant pura atq; expedita : ordines steterāt & ab hac & ab altera parte uiæ : quemadmodum hoc etiā tēpore stant : qua rex est immissurus : intra quos nemo ingredi potest : qui minus sit ex honroatis. Flagriferi etiam steterant : qui uerberarē : siqs turbaret. Steterāt præterea primū spiculatores circiter quattuormillia ad quaternos āte portas. Duomillia uero ex utroq; portaꝝ latere : aderātq; oēs eq tes : q ex equo descēderāt sublatis maibus p cādyas uestis, Et nūc etiā eas tollūt : quādo uidētur a rege. Et Persæ quidem stabāt ad dexteram. Sed alii socii ad leuam uiæ partem. Et curruū eodem modo utrinq; dimidiū. Sed ubi patefactæ sunt portæ ipsius regiæ : primū agebātur tauri ioui optimo maximo perpulchri quaterni : & iis diis aliis : quos magi sūt interpretati : Putant enim persæ multo magis artificibus ēē utēdum erga deos immortalis, q̄ circa res alias. Post boues autē agebantur eq ad solis sacrificiū. Post hos aūt educebatur currus albus coronatus, iugo aureo : q ēēt iouis sacꝝ. Post hūc agebatur ēt solis currus cādidus, & is coronatus, ut āterior. Post hūc etiā alius tertius currus educebatur : cuius eq strati erāt puniceis aictibus, Et post eū uiri seq̄bātur : q ignē portarēt in magno quodā foco. Post hæc uero iā ipse cyrus apparebat prior ex portis super currū rectā thiarā habēs tunichāq; purpureā eandēq; pari albo

albo distinctam. Alii uero semialbam habere nõ licet: & circa crura periscelidas edereo colore infectas, & cã dyn purpureũ totũ. Habebat etiam diadema circũ thi aram, atq; eius cognati idem hoc habebant signũ. Et hoc etiam tẽpore hoc idẽ habẽt. Manus uero habebat extra tyridas Comitabatur aũt eum auriga magnus qui dẽ, sed minor sane q̃ ille, siue re ipsa minor, siue quomo docũq;. Verꝝ cyrus lõge maior uidebatur: quẽ omnes intuentes adorauere: siue quod alii iussi essent incipere: siue: quod etiã stupefacti ob apparatũ: & quod cyrus & magnus uideretur & pulcher. Antea uero persaꝝ ne mo adorabat cyꝝ. Sed cũ procederet cyri currus: ꝓ cedebant ii spiculatores quattuormillia. Iuxta autem sequebantur ex utraq; currus parte illi duomillia. Sequebantur insuper: qui eum circundabant sceptriferi in equis ornati una cum pilis circiter trecenti. Abduce bantur præterea equi a cyro nutriti: qui haberent fræ na aurea, amictibusq; uirgatis strati essent: circiter du centos. Et post hos hastiliferi duomillia. Dein uero eq tes q primi facti sunt decẽmillia, instructi undiq; in cen tenos: quibus chrysantas præerat. Post quos sequeban tur Persarum equites alii decẽmillia eodẽ instructi mo do: quibus hystaspas præerat. Et post hos alii decem millia itentidem: quibus præfectus erat dutamas. Et item post hos alii: quorum dux erat Gadatas. Post hos uero sequebantur medi equites. dein armenii. Post ar menios hyrcanii, post hyrcanios uero cadusii sequebã tur Post eqtes aũt seq̃bãtur currus quaterni ĩstructi: qui bus præfectus erat Artabates perses. Sed cum cyrus iter faceret permulti hoĩes sequebantur extra signa alius rem aliam rogantes. Quare cyrus cum ad eos misisset

quordam

quosdam ex sceptriferis: qui eum terni sequebantur iu xta ex utraq; parte currus rei huiusce causa: ut nuncia rent: iussit ut iis dicerent: siquis aliquid ab eo uellet: id doceret aliquem ex præbitoribus: Quoniam illos diceret rem sibi dicturos. Quare illi abeuntes conti nuo inter equites pergebant consultantes: quem quisq; adiret. At cyrus quos maxime ex amicis uellet ab ho minibus coli: hos misso aliquo, singilatim ad se uoca bat: Et his ita dicebat: si quis horum, qui me iuxta se quuntur: uos aliquid doceat: qui uobis uisus fuerit ni hil dicere: nolite ei attendere: Qui uero iustis rebus egere uideantur: mihi nunciate: quo per publicam con sultatioem eos expediamus. Alii igitur, cum uocaret uæhementer immittentes oboediebant imperium cyro aucturi, ostendentesq; uæhementer se parere. Erat Daiphrnes quidem incultis moribus: qui putabat, si minus celeriter oboediret: liberiorem se uisum iri. Quod cyrus cum didicisset: priusq̃ se is adiret secũq; dissereret: clam misso quodã ex sceptriferis: iussit ei diceret: quod nihilo amplius eo sibi opus ẽẽt: ac cæterꝝ uocabat. Vt aũt qui post eũ uocatus ẽẽt: priusq̃ ipse, oboediuit: immisi cyrus. eiq; equum dedit ex iis: qui iuxta sequebãtur. iussitq; sceptrifero cuidã: illũ: ut ei ageret: quo ipse iussisset. quod qdẽ uidentibus uisum est honorificum quiddam esset ex hinc multo plures ho mines eũ colebãt. Sed ubi uenerũt ad delubra: sacrum fecere ioui optimo maxĩo. totosq; tauros cremauerũt. Dein soli totos equos cremauere, postea telluri immo lauerũt: ut magi interpretati sũt. Dein heroibus Syri am habitantibus. Post hæc uero quoniam locus pul cher ẽẽt: calcẽ demõstrauit: ut ab quidecim stadia eius loci: & dixit ut p tribus totis uiribus hic equos dimitterẽt

Vna

Vna igitur cũ Persis ipse immisit ;ac uicit : Nam maiorẽ in modum cyro equestris curæ fuerat . Emedis uero Artabates uicit : nã equũ ei dederat cyrus. E syris uero oĩbus Gadatas . At ex armeniis Tigranes . Ex hyrcanus aũt præfecti filius . At ex sacis priuatus uir quidam equo suo alios reliquit equos : cũ esset prope dimidiũ curriculi. Hic igitur dicitur cyrus ĩterrogasse adolescẽtẽ:si regnũ admitteret pro illo equo: illumq; repondisse regnum equidem minime admitterem . Verum locare gratiam apud uirum bonum admissurus essem. Ad quẽ inquit cyrus : Adqui ostendere tibi uolo hic etiam , si clausis oculis iacias:fore: ut non aberres a uiro bono . Omnino igitur inquit Saca sublata manu ostende mihi: ut hac sublata gleba illũ feriã . Ac cyrus demõstrat ei : ubi suorũ amicorum erant plurimi . Hic uero clausis oculis immisit glebam : & equo transcurrentem pheraulan assequitur : Nam casu pheraulas quiddam præcipiebat : quod cyrus iusserat : qui percussus , ne cõuersus est quidem . Sed pergebat id acturus : cuius gratia iussus fuerat : Saca uero respiciens interrogat:quem esset assecutus : Non per iouẽ inqt quenq̃ e ex præsẽtibus assecutus , Sed minime quidẽ inquit adolescẽs ex absentibus quenq̃ . Ita mediusfidius inquit cyrus. Tu quidem illum percussisti : qui equum celeriter inter currus immittit . Et quomõ inquit non conuertitur ? Ad quem inquit cyrus : Insanus qdẽ est : ut uidetur: quod audiens adolescens ibat : quinam esset consyderaturus : inuenitque pheraulan : cuius barba & terra refecta erat & sanguine : qui percusso ei fluebat ex nare . Sed ubi pheraulan adisset : interrogauit : si percussus esset cui ile respondit : ut uides . Do igitur tibi hunc equum : dixit adolescens. At Pheraulas interrogauit : cuius rei gratia ?

gratia? Ex hinc Saca rem ei narrabat: dixitq; postremo. & equidē puto non aberrasse a uiro, bono. Ad quem respondit pheraulas: At ditiori quam mihi si saperes: eū dedisses. Nunc uero ego quoq; equū admittam. Oro aūt deos: qui fecerunt: ut abs te percuteret: mihi dent: ut faciam: ne te pœniteat huius munerationibus erga me. Atque nunc tu, inquit: abequita in meum equum: ascendens rursus ego ad te ibo, ita quidem ii inuicem a se discesserunt. Ex cadusiis uero uicit Rhadines. Dimisit autem currus singillatim Cyrus: & qui uicissent: dedit omnibus tum boues: quo ubi sacrificassent: uescerentur: tum etiam pocula. Itaque bouem accepit ipse uictoriæ præmium. Sed ex poculis partem suam Pheraulae dedit: quoniā uisus esset eius immissionē e regia pulchre instruisse. Itaq; ut tum cyrus constituerat ita etiam hoc tempore perseuerat regis immissio: nisi quod hostiæ desunt: quando nō sacrificet. Sed posteaq̄ hæc finē habuerūt: in urbē redeūt: & distribuunt ii quidē qbus ædes datæ fuerāt: in ædibus. Quibus aūt nō datæ fuerāt: in ordine distribuerunt. At Pheraulas inuitato Saca, a quo equum acceperat: & munera ei dedit: & alia præbuit affatim. Cumque cænati essent: impletis poculis, quæ acceperat a cyro: & propinauit: & ea largitus est sacæ. Ac saca uidens multum quidem ac pulchrum stratum multum etiam pulchrumque apparatum, ac famulos item multos: dic, inquit: mihi Pheraula: num ēt domi es ex diuitū ordine? Ad quem Pheraulas respondit quorum diuitum? Ex illorum sane sum ordine: qui sibi manibus uictum parant: Nam me pater īstituit puerorꝫ disciplina: cū ipse parce oparetur: alterq; Sed ubi ī adolescētiā excessi: cū me neqret otiosū aleret ī agrꝫ deduxit: iussitq; ut opā facerē. Hic igitur ego illū

alui

alui contra:donec uixit: ipse terrã uertens ac serens ;& agellum sane admodũ paruum,ne malũ quidẽ,sed omnium iustissimum:Quodcunq; cepisset :sæmen pulchre iusteque reddebat & ipsum & fructum haud sane multum, quandoque tamen ob generositatem duplo iis plura reddidit: quæ acceperat. Domi igitur ego uiuebam ita. Nunc uero hæc omnia,quæ uides:Cyrus mihi dedit Et Saca inquit o beate quidem tu cum ab alia ,tum propter hoc ipsũ:quod ex paupe. diues es factus:Multo.n. te arbitror ob hanc etiam rem suauius ditari: quod cum pecuniarum fame tenereris : factus es diues. Ad quem Pheraulas respondit :Num enim ita Saca existimas me nunc eo uiuere iucũdius:quo plura possideo? An ignoras me & cõedere,& bibere, & dormire nullomodo mihi iucundius , quam tũc: cum eram pauper?Quod autem hæc sunt mihi permulta : tantum mihi est lucri: quod plura me oportet custodire ,plura aliis tribuere. Et quo plura curo: eo mihi plura esse negotia:Nũc.n. famuli multi cybum a me petunt, multi potum , multi amictus. alii egent medicis. Venit & aliquis. qui ferat pecudes a lupis absumptas,aut boues præcipitum passos: aut morbum pecora dicens inuasisse. Itaq; mihi uideor magis tristari:quod nunc plura possideam ,quã antea:quod pauca haberem. Verum inquit Saca cum salua certo esse multa itueris:multo magis lætaris, quã ego Ad quẽ respõdit pheraulas:Nequaq̃ Saca ita iucũdum est habere pecunias,ut molestum eas amittere.Noueris aũt me uera dicere nemo.n.diues cogitur uigilare pp uoluptatem:Sed neminem eorum uides : qui aliquid amiserint:præ dolore posse dormire.Mediusfidius inqt Saca neq; illorum quenq̃,q aliquid acceprit sopnolẽtũ uideas præ uoluptate. Vera inquit narras:Si.n. aliquid habere

